


2
3
4
5
5
6
7
8



1697.

1. Bodinus, Henricus: Disputatio in unum. juridica ad l. milites
IX. C. de quaestione.
- 2^a & 3^a Bodinus, Henricus: Theses inaugurales circa processum inquis.
in Foris. 2 Sept. 1699 et 1715
- 3^a & 4^a Bodinus, Henricus: De jure circa ebrietatem. 4 Sept.
1697, 1705, 1716 et 1730
- 4^a & 5^a Bodinus, Henricus: De sodomia. 3 Sept. 1697 et 1749
- 5^a & 6^a Bodinus, Henricus: De abusu et usu Torturae.
- 5^b & 6^c Bodin, Henricus: De usu et abusu Torturae.
2 Sept. 1726 et 1735
6. Cellarius, Christophorus; Proctor: Elegantioris Litteraturae
Collegium ... denuo aperit, commendat.
7. Hoffmannus, Fridericus: De salubritate fluvius decem.
rheni dialis.
8. Hoffmannus, Fridericus: De fistularum nova, tuba ac
compensata operatione.

- 9^a et 6^b = Ludovicus, Joh. [Pfeff]: De jure, quod sibi Galliarum
rex in Lotharingiam postulavit usurparisque dactenus
scripta dissertatio, rerum serie et duce temporis usque
producta. 2 Exempl. 1697 et 1712.
10. Schneider, Johannes Fridemannus: De dominio eminente
habito respectu ad jus subditorum
11. Stahl, Georgius Ernestus: De impotentia viri.
12. Stahl, Georgius Ernestus: De morte retrograta.
13. Starinski, David: De donationibus principum imperii
- 14^{a, b, c} Stijkius, Joannes Samuel: De sanctitate resistentiarum
3 Exempl. 1697, 1739.
- 15^a et 6^b = Stijkius, Joannes Samuel: De juramenti Calumnial
remissione. 2 Exempl. 1697 et 1725.



9

10

11

12

13

14

15



23

1697

3^a 6

Q. D. B. V.

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS,

De,

JURE

CIRCA

EBRIETATEM

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
ELECTORATUS BRANDENB. HÆREDE,
&c. &c.

P. 46

In Inclytâ Academia Fridericiana

Ex Decreto Illustris Facultatis Juridicæ

PRÆSIDE

DN. HENRICO BODINO,

POTENTISSIMI ELECTORIS BRANDENBURGICI
CONSILIARIO ECCLESIASTICO IN DUCATU MAGDEBUR-
GENSI GRAVISSIMO, PROFESSORE JURIS ORDINARIO CELEBERRIMO,
ET FACULT. JURID. h. t. DECANO.

PATRONO ac PROMOTORE SUO ÆTERNUM DEVENERANDO

PRO LICENTIA

Summos in Jure Honores & Privilegia ritè capessendi
Die 23. Octobris A. M. DC. XCVII. horis ante & pomeridianis
IN AUDITORIO MAJORI

Publico Eruditorum examini exponet

JOHANNES AUGUSTUS Köhler

Heburgo-Misnicus.

HALÆ MAGDEB. Literis CHR. HENCKELII, Acad. Typogr.

291



REVERENDISSIMO, PERILLUSTRIBUS AC GE-
NEROSISSIMIS DOMINIS

NEC NON

SUMME REVERENDIS, MAGNIFICIS
atque EXCELLENTISSIMIS

INGENUI CAPITULI MISENENSIS

DOMINIS PRÆPOSITO,

DE CANO,

& reliquis **CANONICIS**

DOMINIS SUIS GRATIOSISSIMIS,

AC

**PATRONIS ET PROMOTORIBUS
MAXIMIS,**

IN GRATIÆ LARGITER HACTENUS
EXHIBITÆ CONSERVATIONEM
FUTURÆ CONCILIATIONEM,

&

SUBMISSI OBSEQVII TESSERAM

**Disputationem hancce suam
Inauguralem**

D. D. D.

AUTOR,



Uod sapientissimus Crea-
tor corpori primi hominis è glebâ ter-
ræ formato animam rationalem tan-
quam dominam & rectricem inflave-
rit, apud omnes Christianos in confes-
so est, & ipsa ratio suam præstantiam
considerans hunc ordinem rimari sa-
tagit. Cum autem voluptas corporis ipsum ordinem vel
turbet vel evertat, excutiens rationis habenas & appetitum
cæco sequens impetu, hinc facile liquet, ipsam tanquam rem
turpissimam esse fugiendam. Quamobrem ebrietas etiam,
utpote species voluptatis, atro carbone notanda. Hæc enim
ordinem divinitus præscriptum turbat, dum homines usu ra-
tionis, imò sensuum & membrorum destituens bestiis, vel po-
tius idolis omni sensu carentibus reddit similes, omnes hone-
stas actiones impedit, & in omnia vitia atque mala præcipitat:
unde *Ebrietas* scite per anagramma depingitur: **REBESTIA.**
Quo de scelere statim in frontispicio notanda duxi gra-
vissima verba B. Brunnemanni Christianissimi Jcti in
*jure Ecclesiast. Lib. 1. cap. 6. memb. 1. n. 12. p. 103. & 104. Sa-
nè crassus error in Regiminibus nostris deprehenditur, dum ebrietas
impunè conteditur, alia scelera puniuntur. Ebrietas est mater;
alia scelera sunt filie: matri parcimus, filias punimus. Aut ergò
ebrietas punienda, aut si permittenda, cætera etiam crimina per-
mittenda essent, quod abominor. Et num. 13. Et sæpius miror in
aulis Principum non reperiri, qui non velint suasu suo Recessus Im-
perii de non propinando, de non urgendo equali haulu, in observan-
tiam deducere. Res esset expedita, si Recessus illi publicarentur,
& omnes sub gravi pœnâ alium urgere prohiberentur, modò hoc ma-
gistratibus locorum injungatur. Alibi allegavi exemplum balneo-*
rum

rum promiscuorum utriq; sexui communium Constantinopolitanis, qua consuetudo absurda diu observata, unico rescripto Cesareo pœnali sublata est. Multi inter nos abusus & consuetudines vitiosæ, quas prohibere facile posset magistratus, & fortè prohiberet, si sacer ordo officium suum strenuè faceret, & pro abolendis istis corruptelis instaret & urgeret. Si hæc res proprium commodum concerneret, essemus diligentiores; sed cum gloriam DEI concernat, sumus meticulosi, timemus excandescentiam & derisionem, nec consideramus, quam gloriosum coram DEO sit, rideri vel odium incurrere ob Zelum pietatis. Zelus in controversiis tractandis est in multis nimius. Sed Zelus in promovendâ pietate & tollendis corruptelis riget in plerisque penitus. Concludo verbis Dn. D. Martini Geieri Theol. celeberrimi in exempl. Evangel. Dom. Exaudi p. 161. ubi de Esra Zelo loquitur: Allein Esra that das seine / er ließ sich nicht schrecken / zauderte nicht von einem Tage zum andern / oder desperirte gar / wie es manchmahl bey uns gehet / da mancher dencket / die Ordnung ist allzu tieff eingewurzelt / es stecken viel Grandes dahinter / es wird gewaltige contradiction geben / darumb lieber nicht angefangen / als mit Schaden abgelassen. Nein Esra traute seinem Gott / er brauchte zulässige iedoch scharffe Mittel nach Urth der Kranckheit / Er schreckte die böse Gewissen von Anfang / und ließ sie in der Bosheit nicht wieder zu Kräfften kommen / er setzte ihnen eine kurze dreytägige Frist / daß sie nicht Zeit hatten schlimme Handelgen auszusinnen / oder factiones mit einander zumachen. Hæc Dn. D. Geier. Sed ubi hodie novem? frigemus omnes. Hactenus citatus Brunnemannus: Plura dicam CAP. IV. hujus Disputationis.

Quoniam autem hoc peccatum æquè proh dolor! frequens, ac turpe & nocens est, & circa ebrietatem jura in diversis locis sparsim proposita colligi merentur, de his in præsentî disputatione agere suscepti, tum, quod hæc, quan-

quantum quidem mihi constat, peculiari operâ, sufficienter & ex professo nondum pertractata, tum quod de illis in foro, præsertim quod causas matrimoniales & delicta attinet, frequentes suboriri quæstiones non ignorarem. De Disputatione Dni Simonis *de jure poculorum*, nec non Dni Bechmanni *de pœnâ & jure ebriorum*, nihil nunc dicam, siquidem, ingens quantum inter se differant illæ & hæc mea, ex inspectione & comparatione ipsâ satis apparebit. Ex superius allatis L. B. judicabit, mihi eum animum neutiquam fuisse, ut ebriositati, quod vitium DEUS, & bonus quisque averfatur, & cuius ipse osor sum ac detestator, defensorem me præberem, sed potius, ut ostenderem, *an & quatenus in ebrietate existens cum effectu juris agere;* (quod in CAP. II. Disputationis nostræ dicitur) & *contrahere valeat,* (quâ de re vide CAP. III.) & *quid in pœnis ob delicta ipsi irrogandis obtineat.* (quod CAP. IV. monstrabit.) Præmissi CAP. I. *de definitione nominali, reali, & divisione;* subjecto in calce operis CAP. V. *de probatione ebrietatis,* quia prætendenti ebrietatem non facile creditur, nisi assertio- nis suæ fidem fecerit indubitam. Comtiori quidem ac elegantiori methodo tradi potuisse hanc materiam non nego; sed & illam planam ac perspicuam nemo non deprehendet. De cætero B. L. rogatum cupio, quod si, ut certè est, crassâ Minervâ quædam hic scripta invenerit, æqui bonique ea consulat, & credat, me non ostentandæ eruditioni, quam tenuem in me esse profiteor, operam impendere, sed jussui superiorum, morique antiquitûs introducto obsecundare voluisse.

CAP.



CAPUT. I.

De

JURIS CIRCA EBRIETATEM DEFINITIONE NOMINALI ET REALI, NEC NON DIVISIONE.

SUMMARIA.

Cur initium à definitione nominali & reali factum sit? n. 1. Etymologia juris n. 2. Ebrietatis. 3. Synonymia juris. 4. Ebrietatis. 5. Homonymia juris. 6. Particulæ circa. 7. Ratio, cur dictum sit jus circa ebrietatem, non jus ebrietatis. 8. Definitio realis. 9. Divisio juris circa ebrietatem, quatenus id vel in actibus, vel in contractibus, vel in delictis spectatur. 10. Divisio ebrietatis ratione quantitatis in enormem & modicam. 11. Ratione qualitatis in doloſam & culpoſam. 12. Ab adjunctis in coactam, fortuitam, & voluntariam. 13. Alia divisio in ebrietatem & ebriositatem. 14.



Uamvis verba rubricæ

noſtræ in vulgus adeò nota ſciam, ut eorundem explicationi ſuperſedere, potuiſſem; Quis enim nescit, quid ſit ebrietas? quid item jus? præſertim, cum plurimi tractatus poſteriorum vocem in fronte gerant. Quo-

A

niam

2 CAPUT. I. DE DEFINIT. NOMINALI ET REALI,

1 niam tamen Juri semper & ante omnia in verborum explanatione & inquisitione fuerunt solliciti, ut de Ulpiano constat ex *l. 1. pr. ff. de J. & J. l. 1. §. 1. ff. de pact. l. 1. l. 2. §. 2. ff. de R. C.* de Paulo ex *l. 15. ff. rat. rem hab.* imò de ipso Imperatore Justiniano ex *pr. J. de libert.* Et potior quidem reum, prior tamen verborum habenda est ratio. *arg. l. 7. §. fin. de supell. leg. Befold. de Regal. th. 1. §. 2.* idcirco neutiquam erit absolum, inscriptionem hujus dissertationis brevissimis reddere clariorem.

2 Tribus autem absolvitur definitio nominalis, Etymologiã nimirum, Synonymiã & Homonymiã. Illa in vocabulo juris est varia, & diversæ sunt de ea diversorum sententiæ, quas collegit Exc. Dn. Mylius, Antecess. Lips. famigeratiss. in *Colleg. Instit. Theor. Pract. Exerc. III. de Jure th. 1.* Inter quas nobis ea arridet, quæ juris vocem quoad notationem Grammaticam inter nomina primitiva refert: quoad Logicam verò vel à jubendo, vel à justitiã derivat. Utrumque hic contingere potest, siquidem jus jubet id, quod justum est. Ebrietatem ridiculè ducit Perottus ab hauriendo potu. Videtur etiam dici ebrius quasi ebibrius. Optimè derivatur à præpositione è, & nomine bria, quæ est calix potioni vini adaptatus, ut ita ebrius sit, qui è bria nimium hausit. Matth. Martin. in *Lex. Philol. voc. Ebrius & Bria.*

4 Quoad Synonymiam vox juris in nostro sensu legis nomine aliter insignitur, latè accepto hoc vocabulo, ut Græcorum νόμος æquipolleat. Vinn. *ad §. 4. J. de J. N. G. & C.*
5 Ebrietas autem alio modo appellatur temulentia *l. un. C. si quis Imper. maled. à temeto, gl. ibid.* quod ita vocitatur, quod tentet, i. e. mentem labefactet. Briffon. & Calvin. in *Lex. jurid.* Efferunt Græci hanc ipsam per vocem: κραιπάλη, unde Latinorum crapula, ex Stoicorum futili opinione quasi
cruda

NEC NON DIVISIONE.

cruda epula. Quamvis alii hoc verbum tantum de superfluitate ciborum : potus verò ebrietatem solummodò usurpari existimant. *gl. in cap. 14. X. de vit. & hon. cler.* Sed verius videtur, generaliter prædicari posse crapulam de eo, qui & esculentis & potulentis se nimium replevit.

Ab æquivocatione ut liberemus titulum nostrum, ad-
vertendum est, diversimodè accipi τὸ jus & quidem vel im-
propriè & sic modò pro ipsâ jurisprudentia, ut *in rubr. 7. & ff. d. 7. & 7.* modò pro loco in quo jus dicebatur, seu iudicio. *l. pen. ff. eod. t. t. ff. de in jus voc. & in jus voc. ut eant, &c.* modò pro titulo, ut *in l. 10. ff. si serv. vind. l. fin. ff. de aqu. & aqu. plu. arc.* modò pro facultate morali, alicui ad aliquid agendum vel habendum competente. *Grot. de J. B. & P. Lib. 1. cap. 1. §. 6.* quod in jure personarum & rerum satis elucescit. *Eric. Maurit. in dissert. de princ. jur. publ. cap. 1. th. 1. seqq.* modo pro necessitudine, veluti jus cognationis, affinitatis. *l. fin. ff. d. 7. & 7.* vel propriè pro jussu superioris seu dispositione circa actiones morales. *Grot. d. l. §. 9.* Et hæc postrema significatio hujus est loci. Quod attinet particulam circa, eam in jure multiplicem quoque habere usum monstrat *Dn. Strauch. in Lex. part. jur.* hic verò ejusdem fermè est valoris ac τὸ quoad, quomodo *in l. 9. §. 2. ff. de off. Proc. & leg. in l. 14. ff. de probat. & in cap. 4. de elect. in. 6. ibi : ut circa electiones &c. viam malitiis præcludamus.* Dixi autem : de jure circa ebrietatem; non de jure ebrietatis. Ebrietas enim, tanquam res inanimata, subjectum juris, cui illud inhæreat, esse non potest, sed objectum tantummodò est aut occasio, quæ diversam quadantenus juris applicationem à communi operatur. *vid. Exc. Dn. Thomas. in Disp. 1. de jure circa frumentum. cap. 1. n. 124.*

Definitur itaque, quod sit: Legum dispositio occasione

A 2

sione

4 CAP. I. DE DEFINIT. NOMINALI ET REALI,
sione ebrietatis singularem alicui juris applicationem
tribuens. Genus in LL. dispositione consistens ex antea
allatis seipsum defendit. Differentia singularem juris ap-
plicationem continet.

- 10 Transeo nunc ad divisionem. Hæc fortè non datur
ita, ut totam disputationis rubricam afficiat, nisi quis dice-
re velit, aliud esse jus circa ebrietatem, quod in actibus;
aliud, quod in contractibus: aliud, quod in delictis sese exe-
rit. Et eundem in modum placuit nobis præsentem exer-
citationem dispescere. Priusquam hic abeamus, de ipsius
ebrietatis divisionibus, utpote quæ à Jctis in decidendis
quæstionibus in hæc materiâ emergentibus subinde adhi-
bentur, & ad cognitionem eorum, quæ deinceps sunt dis-
ferenda, erunt proficuæ, nonnulla monebimns. Et (1. qui-
dem ratione quantitatis & graduum dividitur ebrietas in
11 magnam, immodicam, sive enormem, qualis est, quæ
mentis inducit exilium, & libidinis provocat incentivum,
secundum *cap. 14. X. de vit. & bon. Cler. Nic. Reusn. Lib. 2. decis.*
14. n. 26. Damhoud. pr. rer. crim. cap. 84. n. 19. & levem, par-
vam, seu modicam, in quam incidentes parùm distant,
à sobriis, imò eorum numero habentur. Hippol. de Marsil.
singul. 276. Carpz. pr. rer. crim. p. 3. qu. 146. n. 48. seqq. Gail. Lib.
2. obs. 110. n. 29. Bald. in l. datâ operâ. 11. n. 6. C. de his qui accus. non
poss. Et pro horum graduum diversitate, quam faciunt Dd.,
jus diversum est statuendum. Gædd. de contr. & committ. stipul.
12 *cap. 7. concl. 11. n. 166. (2. ratione qualitatis in affectatam,*
seu dolosam, quam quis eo animo quærit, ut inde excusa-
tionem maleficiis inveniat: & culposam, quam quis facile
evitare potuisset. Menoch. de arbitr. jud. quest. Lib. 2. cas. 326.
& 377. Gryphiand. Oecon. Leg. Lib. 2. cap. 14. n. 24. seqq. (3. ab
13 *adjunctis in coactam, fortuitam & voluntariam. Illa est*
quando quis vi metuque ad bibendum adigitur, aut quæ si-
ne

ne periculo recusari non potest: Ista verò, si ex ignorantia & efficaciam potus incognita quis inebriatur, Liebenth. *Coll. Erb. Exerc. 8. qv. 10.* Namque ebrietas vel ex aqua singularis virtutis, vel ex cerevisia, vel ex lacte, vel è vino, vel ex opio, vel rebus narcoticis, vel aliis quibusvis potuum generibus contrahitur, quod fusius deduxit Joh. Frid. Ittig. *in Disp. inaug. Med. de temulentia §. 1. & seqq.* quæ varietas tamen quoad effectum juris nullum planè affert usum, nullamque inducit differentiam, Paul. Zacch. *Quæst. Medico-Legal. Lib. 2. tit. 1. qv. 11. a. 56. seqq.* quam quod, quò majori vi animi facultates constringendi præditum fuit illud potulentum, quo quis usus est, & quò magis hæc ipsi fuit ignota, eò magis sine dubio ad benignum iudicis arbitrium erit recurrendum. Ad fortuitam etiam quodammodo spectat ea, quæ ex salutipotationibus pro principe & amicis evenit. Gryph. *d. l.* Hæc, scilicet Voluntaria, est, in quam quis bibendi cupidine ductus spontè prolabitur. Denique (4. JCrorum 14. libros evolventibus passim obvia erit distinctio in ebrietatem & ebriositatem. Quæ, quomodo inter se disconveniunt, docet Seneca *ep. 83. Plurimum*, inquit, *concedes interesse inter ebrium & ebriosum. Potest & qui ebrius est, tunc primum esse, nec habere hoc vitium: & qui ebriosus est, saepe extra ebrietatem esse. Et: ebrius duobus modis dicitur, altero, cum aliquis vino gravis est, & impos sui: altero, si solet ebrius fieri, & huic obnoxius vitio est. Cum quo coincidit, quod Cicero Lib. 4. quæst. Tuscul. ait: inter ebrietatem & ebriositatem id interesse, ut aliud est amatorem esse, aliud amantem.* Addit his tertium genus eorum, qui dispositione quadam mentis & studio ad inebriandum gaudent, sicut quando aliqui ad æquales potus se obligant, Hostiens. *in summâ aur. ad tit. de temp. ordin. & qualit. ord. n. 17.* Sed hos, in juris præcipuè consideratione, parum aut nihil abesse ab ebriosis, expeditum est. Hæ verò & similes divisiones, quamvis non omninò respondeant Lo-

gicorum præceptis, quia tamen à Jctis easdem causarum formis, quas semper natura novas edere deproperat, juxta Const. Tanta. §. 18. de confirm. ffor. accommodari passim videas, idè incongruè nos non fecisse putamus, quod earum mentionem ante omnia injecimus.

CAPUT. II.

De

JURE CIRCA EBRIETATEM
IN ACTIBUS.

SUMMARIA.

Methodi ratio. n. 1. Verbum actus quomodo hic accipiatur? 2. Ebrius quare cum effectu nihil possit agere? 3. Quousque hoc sit accipiendum? 4. Ebrius an possit dominium acquirere vel transferre? 5. An & quatenus possit acquirere per accessionem naturalem & industrialem? 6. Singulare in commixtione. 7. Quid in occupatione, ejusque specie inventione, obtineat? 8. Quid juris sit in traditione? 9. Et cessione? 10. Nec non usucapione? 11. Num possessionem possit acquirere ebrius? 12. Aut hereditatem? 13. Et an hanc possit repudiare? 14. De acquisitione pignoris & servitutem remisivè. 15. An temulentus possit adoptare? 16. Se in adoptionem alteri dare? 17. Postulare? 18. Ebrioso num postulare sit permissum? 19. Porro an ebrius possit jus dicere? 20. Sententiam ferre? 21. Arbitrari? 22. Aut commissarius esse? 23. In judicio comparere? 24. Accusare? 25. Ubi simul de ebrioso. 26. Documentum recognoscere? 27. Testimonium dicere? 28. Ubi iterum de ebrioso. 29. Ulterius an juramentum possit prestare ebrius? 30. Et an prestitum ab eò valeat? 31. An illud possit deferre? 32. An inter vivos donare? 33. An donationem acceptare? 34. An alienare? 35. An & quatenus testamentum & alie ultime voluntates in ebrietate condite effectum sortiantur? n. 36. Jus 37. 38. 39. 40.

Jus aliud esse in re, aliud ad rem, ¹
 vel dupondio notum est. Exinde poterit fortasse videri,
 ac si methodi ratio exigeret, primo loco suscipere tra-
 ctationem juris circa ebrietatem in juris in re speciebus. Ve-
 runtamen, cum sermo nobis non sit de juribus domini, he-
 reditatis, possessionis, pignoris, aut servitutis, de quibus
 nullum suboritur dubium, quin ea semel quaesita propter so-
 lam ebrietatem non amittantur, siquidem talis alium ani-
 mum non declaravit. *arg. l. 1. §. 3. l. 8. ff. de A. l. A. P. l. 4. §. 3.*
l. 44. §. 6. de usurp. & facilius quid retinetur, quam ab initio ac-
quiritur. arg. l. fin. C. de acq. & retin. poss. vid. gl. ibid. l. 3. §. 11.
l. 6. §. 1. l. 15. ff. de A. l. A. P. sed potissimum de eorundem acquisi-
tione, quatenus certis & legitimis actibus perficitur, eaque
propter facti non juris est. d. l. 1. §. 3. ff. de A. l. A. P. l. 12. §. 2. ff.
de capt. & postl. rev. Lauterb. in compend. ad tit. de A. l. A. P. lit.
N. Equidem Ulpianus in l. 19. ff. de V. S. ait: quod quaedam ²
agantur, quaedam gerantur, quaedam contrahantur: nos verò sub
actibus hic etiam gesta comprehendimus, & hoc est quod
Cajus affirmat in l. 58. pr. eod. Licet inter gesta & facta videtur
quaedam esse subtilis differentia, attamen κατάχρησιν nihil inter
factum & gestum interest. conf. utrobique Goedd. Et in ge-
nere sub actu intelligo tale factum, quod effectum juris post
se relinquit, ita tamen, ut contractui & delicto contradi-
stingvatur. Quoniam vero principium agendi in volun-
tate consistit, igitur concludo; Quicumque voluntatis est ³
incapax, ille cum effectum juris non potest agere; Atqui ebrius
voluntatis est incapax, Pufend. de J. N. & G. Lib. I. cap. 4. §. 8.
Ergo ebrius cum effectum juris non potest agere. Mino-
rem probo exinde, quia ebrius furioso comparatur in jure,
& ubi ebrietas ibi libido dominatur & furor. can. 3. 5. 6. dist. 35. fu-
rioso verò nulla est voluntas. l. 47. in f. ff. de A. l. A. H. l. 40. ff.
de R. J. ibique Cagnol. & Decius. Distingvendum autem, ⁴
 puto,

puto, num actus ita sit comparatus, ut absolutè & simpliciter vergat in utilitatem agentis, quo casu actum puto subsistere: an vero in ipsius, aut tertii præjudicium tendat, aut an tertius exinde obligationem aut aliud jus acquirere possit, & tunc corruet, quod actum est.

5 Nunc de acquisitione domini primo loco erit dispendendum. Et ebrium quidem dominium nec acquirere nec transferre posse, videtur, quoniam acquisitionis causa proxima est hominis voluntas, tam acquirentis, quam transferentis. *arg. l. 20. §. 2. de A. R. D. Mejer. in C. J. A. ad h. t. §.*

6 *6. n. 3. 4.* Removemus verò eos modos, qui sine facto nostro, & vel ex facto tertii, vel ex re ipsa contingunt, quo pertinent accessio naturalis & industrialis, cum suis speciebus, quatenus scilicet hæc à tertio perficiuntur. Hi enim modi actuum nomine non veniunt. Similiter in posterioribus non invenit locum regula, etiam si ex facto ipsius ebrii proficiscantur, partim, quia & hic ex ipsa re venit acquisitio, partim, quia res ad priorem statum reverti, & factum infectum fieri nequit, quare ibi idem juris obtinere in ebrio, quod in sobrio, extra omnem dubitationis aleam est positum. *Conf. Ludw. ad l. 11. ff. d. R. J. n. 12. 13.* De specificatione, in qua species ex aliena materia facta ad priorem & rudem materiam reduci potest, res itidem est clara, & hic eum videri dominum esse, qui materiae dominus fuerat. *arg. §. 25. J. d. R. D. l. 7. §. 7. l. 12. §. 1. l. 24. l. 26. §. f. ff. d. A. R. D. l. 5. §. 1. ff.*

7 *d. R. V.* Commixtioni singulare inesse credo, si nimirum ab ebrio & sobrio frumentum fuerit mistum, ut, perinde ac si casu, aut à tertio sine tua voluntate id factum sit, §. 28. *J. de R. D.* non videatur id commune esse ob defectum voluntatis in ebrio, cui, si ab altero totum frumentum retineatur, in rem actio pro modo frumenti sui competet, *arg. d. §. 28. junct. l. 23. §. 5. vers. at in his. ff. de R. V.* Nec obstat (i. quod hæc grana sua aliquis designare, & per consequens vindicare non pos-

IN ACTIBUS.

9
 posfit, per *l. 6. pr. ff. d. R. V.* Resp. enim pro ratâ quantitatis
 frumentum vindicari posse, *arg. l. 3. §. fin. junct. l. 5. pr. ff. eod.*
 Non obstat (2. quod nummi alieni cum meis mixti non pos-
 sint vindicari, quia eorum dominium translatum, per *l. 78.*
ff. de solut. Resp. argumentum desumi à disparatis. In num-
 mis enim quantitas consideratur & æstimatio. *l. 94. §. 1. ff. eod.*
 quæ semper eadem est. *l. 1. pr. ff. de C. E. V.* Secus in frumento,
 ubi æstimatio sæpe variat. Dn. Hopp. *ad. d. §. 28.* In occupa- 8
 tione, quo pertinet etiam inventio, nihil diversi erit statu-
 endum à jure communi, cum ebrium solo apprehensionis
 factò dominum fieri certum sit, partim, quia quod ante nul-
 lius est, id naturali ratione occupanti conceditur, *§. 12. & 18.*
J. d. R. D. l. 1. §. 1. l. 3. l. 5. ff. de A. R. D. partim, quia hic factum
 illud sine alterius damno vel mutari vel ratihaberi poterit.
 Ulterius nec in inventione thesauri à jûris communis te-
 nore recedendum esse arguo ex *§. 36. J. l. 31. §. 1. ff. eod. l. un. C.*
de thesaur. Lib. X. tit. 15. Ast procedit regula (1. in acquiren- 9
 di modis juris gentium, quæ nostra & alterius volun-
 tate simul fiunt, v. g. in traditione, quæ tam tradentis, *l. 11.*
d. R. J. §. 40. J. d. R. D. quam accipientis, pro-
 pter *l. 58. d. O. & A. l. 1. §. pen. ff. de A. l. A. P.* requirit vo-
 luntatem. Cum quâ comparatur cessio in *l. 4. C. de Hered.* 10
& act. vend. Bacchov. de actionib. D. 4. th. 3. Franzk. Lib. 1. re-
sol. 8. n. 2. & in tit. ff. de evictionib. n. 50. adeoque ab ebrio iti-
 dem expediri nequit. Christ. Lenz. *de nom. & act. cess. cap. 6.*
membr. 6. n. 3. (2. In civilibus qui dominium ipso jure sta- 11
 tim non transferunt, veluti usucapio, quam non inchoat
 quidem ebrius, benè tamen continuat. *arg. l. 1. §. 3. ff. d. A. l.*
A. P. l. 44. §. 6. ff. de usurp. & usuc.

12
 Possessionem adipiscimur corpore & animo simul,
 non per se animo aut per se corpore *l. 3. §. 1. l. 8. d. A. l. A. P. P.*
 Frid. *de mat. possess. cap. 11. n. 12.* Hopp. *ad §. 5. J. de interd.* At-
 B que

que hinc est, quod acquirere possessionem nequeat per se furiosus, nequidem accedente tutoris autoritate. *l. 1. §. 3. ff. eod. arg. l. 3. ff. d. R. 7. dormiens. d. l. 1. §. 3.* & ex identitate rationis summè ebrius. Cœppel. *in Disp. inaug. sub presid. Dn. Aug. Strauch. Witt. 1643. de possessore habitâ th. 10.*

- 14 Circa hereditatem observes personas acquirentes, & modum acquirendi. Personæ sunt heredes. Hi sunt vel necessarii, vel sui & necessarii, vel extranei seu voluntarii. Necessariorum usus propter servitutem sublatam cessat hodiè. Sui sunt, qui in potestate morientis proximè fuerunt. *§. 2. 7. de Hered. qual. & diff.* In extraneis heredibus hoc observatur, ut cum iis sit testamenti factio. *l. 49. §. 1. ff. de hered. instit.* si non activa, passiva tamen, qualem habet furiosus ex *§. 4. 7. d. t. & l. 16. §. 1. ff. qui test. fac. poss.* à quo ad ebrium rectè infertur. Modus acquirendi hereditatem est ejusdem acceptatio. In suos quidem ipso jure transit hereditas. *§. 3. 7. de hered. quæ ab intest. defer. l. 14. ff. de suis & legit. hered. l. 11. ff. de lib. & posth.* unde reapse hereditatem acquirere dicuntur. *arg. l. 11. l. 12. l. 58. junct. rubr. de A. l. O. H. Joh. Strauch. de success. ab intest. Disp. 1. th. 1. prop. fin.* etiam furiosos absque consensu curatoris *d. §. 3. 7. d. t.* eousque, ut quibuscunque modis aliquis definit capax succedendi, iisdem quoque, si suus sit, definit esse suus Huber. *Disp. 63. ad 7. §. 3.* Ex æquitate tamen prætor iis permittit, hereditate ipso jure sibi acquisitâ abstinere. *d. §. 2. 7. de H. 2. & D. l. 12. ff. de A. l. O. H. Struv. in Jpr. R. G. Lib. II. t. 23. a. 3.* Unde heredes existere, hereditatem retinere, & se immiscere, vel eadem abstinere dicuntur *d. §. 2. l. 71. §. 4. ff. de A. l. O. H. Add. Vinn. ad d. §. 2. 7. n. 3. seqq.* Quæ omnia locum habent in ebrio. Hinc si heres suus in ebrietate ante immixtionem decesserit, nihil obstat, quo minus hereditatem ad quoscunque heredes transmittat, *arg. l. 8. C. de suis & legit. lib. 1. 3. G. de jur.*

jur. delib. Sed hæc obiter : Secus comparatum est cum im-
 mixtione & abstentione, siquidem hæc in facto confi-
 stunt, adeoque voluntatis declarationem vel expressam vel
 tacitam postulant, *Struv. S. J. C. Exerc. 34, th. 17.* quam in
 ebrium non cadere, jam ante fuit demonstratum. Extranei
 hereditatem acquirunt aditione, de qua infra convenienti
 loco. Huic opposita est repudiatio. In repudiante au- 14
 tem requiritur, ut voluntatem suam declaret vel verbis vel
 facto. *l. 77. in fin. l. 95. ff. d. A. l. O. H.* unde & ab hoc actu fu-
 riosus. *arg. l. 40. ff. d. R. 7.* & ex paritate rationis repellitur
 ebrius. Quod ei emolumento quodammodo esse potest, ut,
 si vino obrutus hereditatem sibi delatam fortè repudiaverit,
 pœnitere ei sit liberum, & jus deliberandi, quo antea gaude-
 bat, salvum ipsi maneat & integrum.

Agendum nunc foret de servitutum & pignoris ac- 15
 quisitione; Posteaquam verò ea maximam partem conven-
 tionibus originem debet, propterea, & ne crambe bis cocta
 sapius apponatur, ad alios actus ebrio interdictos progredior,
 L. B. ad cap. sequens remittens, ubi fortasse inveniet,
 quod pignorum ac servitutum constitutioni possit appli-
 cari.

Prohibetur porrò ebrius alios multos actus exercere,
 five illi fiant inter vivos, five per ultimam voluntatem.
 Nec enim potest adoptare, *arg. l. 2. pr. ff. de adopt. nec se in* 16
 adoptionem alteri dare. *l. 5. l. 24. eod.* nec postulare, *arg. l.* 17
1. §. 3. ff. de postul. uti & ebriosus, quia ab hoc munere cohi- 18
bentur personæ infames l. 1. §. 8. ff. eod. & viles, d. l. 1. §. 6. Or- 19
din. Cam. p. 1. tit. 18. accensetur autem ebriosus infamibus,
 ac vilibus personis, autore Mascard. *de probat. lib. 2. concl. 579.*
n. 1. seqq. & lib. 3. concl. 1358. n. 9. ubi alios multos citat, Go-
 mez. *var. resolut. lib. 3. n. 18. in fin. vers. 9.* aut certè levis notæ
 maculâ conspersis, Magnif. Dn. Mylius Patr. meus summo-
 pere

pere colendus in *Coll. mscr. ad Lauterb. comp. tit. de his qui not.*
 20 *inf. in fin. nec judicare. arg. l. 12. §. 2. ff. de judic. Extat hac de*
re notabilis lex Longobardorum 4. lib. 2. tit. 53. ita habens: ut
judices jejuni audiant causas & discernant; Et eleganter depin-
git judicem ebrium Cujacius ad tit. X. de lit. Contest. Judex te-
stes poscit: ipse it mictum: ubi redit, ait se omnia audivisse: tabu-
 21 *las poscit, literas suspicit: vix præ vino sustinet palpebras: it in con-*
silium &c. Conf. Ziegl. in Dicast. concl. 21. §. 6. & fin. nec sen-
tentiam ferre, quia ea debet esse justa, legitima & æqua.
l. 13. C. de sent. & interloc. Auth. jubemus. C. de judic. Nov. 126. cap. 1.
libello conformis. l. 18. ff. comm. divid. l. 26. ff. de re jud. l. fin. C.
de fideic. libert. ubi stultus dicitur judex, qui in alio conde-
mnat, quam quod fuit petitum: plena ac perfecta. l. 19. §. 1.
ff. de recept. l. 27. ff. fam. ercisc. actis congrua. l. 6. §. 1 ff. de offic.
Pres. l. 4. C. de edend. l. 9. C. de O. & A. atque certa. §. 32. f. de
action. arg. l. 21. in fin. ff. de R. C. l. 1. ff. de Re jud. Quam verò tum
expectare licebit sententiam? ebriam utique & ipsam, h. e. nullo ju-
dicio conceptam, nullaque vel certâ ratione, vel jure firmo suffultam,
sed vel erroneam planè & injustam, vel cæcâ ratiocinatione id quod
justum est determinantem, inquit prælaud. Ziegl. d. l. §. 7. quæ
 22 *eapropter eruñari dicitur. Jes. 28. v. 7. nec arbitrium inter-*
 23 *ponere. arg. l. 9. §. 1. ff. de recept. nec Commissarii munere*
fungi, quem temperantē & ebrietati minimè deditum esse vult
 24 *Rutg. Ruland. de Commiss. Lib. I. cap. 23. nec in judicio com-*
parere, five actoris, five rei partes sustinere velit. arg. l. 4.
 25 *pr. ff. de in jus voc. l. 5. de R. I. nec accusare, arg. l. 8. ff. de ac-*
 26 *cusat. & inscript. quod etiam de ebrioso colligitur arg. can. 14.*
c. 2. qv. 1. l. 4. & 8. eod. Hoc discrimine, ut ebrius non audia-
 27 *tur, etiamsi suam suorumque injuriam persequatur. Tib.*
Decian. tr. crim. Lib. 3. cap. 11. n. 1. nec documentum reco-
gnoscere, Martini ad Ordin. Proc. tit. 25. §. 2. Weil es auch it.
n. 5. Berlich. p. 1. concl. 44. n. 14. Bursat. vol. 1. consil. 39. n. 22.
 nec

nec testimonium dicere, *cap. 1. X. de testib. Mynsing. ibid. J. 28*
Campeg. de testib. reg. 117. quia ebrius nescit quid loqua-
 tur, *arg. l. 1. §. 12. ff. de O. & A. Farinac. de testib. qv. 56. n. 434.*
 quod procedit tum in tempore testimonii dicendi, *Crav.*
conf. 169. n. 5. tum in tempore, ex quo quis de iis, quæ in ebrie-
 tate viderat, sobrius factus testari vult, quia in ebrio nullus
 est sensus, & princeps pars in eo læsa reperitur, *Zacch. Quest.*
Med. Leg. lib. 2. tit. 1. qv. II. n. 39. Extendit hoc Farinac. ad ²⁹
 ebriosum, quia hoc genus hominum vile ac infame habe-
 tur, *d. l. n. 436.* nec non ad popinones seu tabernarios, qui
 scil. in tabernis & popinis assidue versantur comedendo, bi-
 bendo, ludendo, *n. 437.* Contrarium tamen verius videtur.
 Præterquam enim, quod multi, etiamsi vel maximè infames,
 quando aliorum testium copia, aut veritas aliunde haberi
 non potest, admittantur teste *Lancilott. de off. Prætor. in*
caus. civil. tit. pers. test. aggr. n. 13. id etiam attendendum est,
 quod ebriosus, utpote à lege nullibi notatus, non juris sed
 facti duntaxat infamiam incurrit, quales ad testimonii di-
 ctionem habiles esse contra Heigium defendit *Carpz. p. I. C.*
16. d. 71. n. 7. quod tamen cum hoc moderamine quo-
 que acceptum velim, si nimirum alii magis idonei testes
 non sint in promptu. Ulterius juramentum præstare non ³⁰
 valent ebrii. *can. 16. c. 22. qv. 5.* Jus jurandum enim habet
 tres comites, veritatem, iudicium & iustitiam *cap. etsi Chri-*
stus. 26. X. de iurejur. Et juraturus juramenti vim & rem, de
 quâ præstandum est, intelligere debet. *Balduin. in cas. consc.*
cap. 9. cas. 5. in pr. quo iudicio ebrius penitus destituitur.
Conf. Setser. de juram. lib. I. c. 6. n. 8. Balduin. d. cas. 5. & 19.
n. 4. unde est, quod religiosi iudices à testibus, aut aliis, non
 nisi jejunis, & horis matutinis sacramenta sumunt, ne for-
 te vim juramenti & pœnam perjurii fusque deque habentes
 ac præ hebetudine mentis non considerantes ex levitate
 peierent; Qualia perjuria iudex quantum potest avertat.

14 CAP. II. DE JURE CIRCA EBRIERATEM IN ACTIBUS

- Intelligendum itaque hoc de juramento judiciali præstando.
- 31 Sed quid de præstito dicendum? an inde solum quod ebrius fuerit, retractandum juramentum? Expeditum est eadem difficultate qua juratur, etiam juramentum retractandum esse; itaque si non adverterit iudex ebrietatem, & jurans cæteroquin usu rationis non fuerit omnino privatus puto servandum esse juramentum semel rite præstitum. Nec
- 32 deferre quidem juramentum potest. *arg. l. 17. §. 1. ff. l. 4. C. de jurejur. l. 1. §. 12. ff. d. O. & A. nec donare inter vivos,*
- 34 *arg. l. 23. §. 1. ff. de donationib. nec donationem acceptare.* Fit enim donatio & voluntate donantis. §. 2. J. l. 6. l. 10. C. de donat. & donatarii, l. 10. l. 19. §. 2. ff. eod. Carpz. p. 2. C. 12. d. 20.
- 35 & 21. Nec ex quâcunque causâ alienare. *arg. l. 55. ff. d. O. & A. h. e. dominium rei, l. f. C. de fund. dot. omneque jus in eâ transferre, vid. l. fin. ff. de reb. al. non alien. Etiam per ultimam*
- 36 *voluntatem. Sic in testamento forma essentialis in declaratione voluntatis per heredis institutionem factâ consistit. §. 34. J. de legat. Ulpian. in fragm. tit. 24. §. 14. forma autem dat esse rei. l. 7. §. 5. ff. de A. R. D. l. 9. §. 3. in f. ff. ad exhib. ibique Bald. Hinc nec summè ebrius testamentum condere potest, antequam vinum digessit. Sim. de Prætis de interpr. ult. vol. Lib. 2. dub. I. sol. 4. n. 23. Dauth. de testam. rubr. qui testam. fac. poss. p. 312. Nic. Reusn. de testam. Vol. 1. p. 2. cap. 12. n. 3. valet autem ejusmodi testamentum, si ebrius eo facto non statim decedat, sed sobrius in eadem voluntate perseveret, arg. l. 48. verb. quam si perseverant ff. d. R. J. Exc. Dn. Thomas. in not. ad Strauch. jus Justinianicum Exerc. 9. th. 8. Ubi tamen nova suboritur quæstio; An sc. nova voluntatis declaratione opus sit, ad id ut videatur testamentum conditum approbasse, an vero sufficiat quod non fuerit revocatum. Et respondetur, affirmando posterius, modo constet testatorem ultimæ voluntatis in ebrietate conditæ sibi conscius fuisse. Prædi-*
- 37 *cta justâ interpretatione se porrigunt ad fideicommissa & lega-*

CAP. III. DE JURE CIRCA EBRIETATEM IN CONTR. 15

legata, arg. l. 2. ff. de leg. 1. l. 1. §. 2. ff. de leg. 3. horumque
ademptionem & translationem, arg. l. 4. & 5. ff. de adim. vel 38
transf. leg. & fideic. Codicillos. l. 1. l. 2. §. 3. l. 13. §. 1. ff. de jur. co- 39
dicill. l. fin. §. 1. C. eod. l. 29. qui test. fac. poss. l. 76. ad SCr. Trebell.
mortis causâ donationem, aliasque quasvis ultimas vo- 40
luntates, quibus illa ex omni parte est æquiparata. §. 1. &
2. f. de donat. junct. l. fin. C. de donat. caus. mort. Perez. in d. t. n.
4. & 19. §. observandum itaque. Berlich. p. 2. Decis. aur. 223.
n. 5.

CAP. III.

De

JURE CIRCA EBRIETATEM
IN CONTRACTIBUS.

SUMMARIA.

Transitio. n. 1. Regula de ebriorum conventionibus. 2. An ebrius
sus possit conventionem inire? 3. Ebrius nequit pacisci. 4. Nec
constituere. 4. Nec transigere. 6. Nec contrahere. 7. Ubi nihil inter-
est, utrum contractus sit realis. 8. An verbalis. 9. An literalis. 10. An
consensualis. 11. Quid in innominatis contractibus obtineat. 12. Enu-
merantur quasi contractus. 13. Applicatio ad ebrium & quidem in
negotiorum gestione. 14. Tutela administratione. 15. Rerum & here-
ditatis, nec non finium communione, atque judicatio. 16. Litis con-
testatione. 17. Juramento. 18. Hereditatis aditione. 19. Indebiti
solutione. 20. Detentione rei in quâ alius interesse habet, datione
ob causam, existentiam rei sine causa apud alium. 21. Receptione in-
navim &c. 22. Transitio ad sponsalia & matrimonium. 23. Que ab
ebrio validè non contrahuntur. 24. Ampliatur regula (1. in personâ
vili. 25. (2. Licet copula carnalis accesserit. 26. Aut (3. juramen-
tum.

tum. 27. Aut si quis dolose sit inebriatus. 28. Ubi responsum. Limitatur quandoque regula (1. in ebrioso. 29. (2. In modica ebrietate. 30. (3. Si rati habitio post discussam crapulam accedat. 31. Qu. quodnam remedium competat ei, qui in ebrietate contraxit? 32. Formula libelli. 33. Excipiendi formula. 34. De ebriositate stante matrimonio superveniente questio: an hęc sufficiens sit causa ad separationem à thoro & mensa? 35. Negatur de jure hodierno. 36. Nisi maritus temulentus se vivere consueverit in uxorem. 37. Nunquam tamen deneganda est huic imploratio officii iudicis. 38.

- I. **A**Ntequam ad ipsos contractus accedo, pauca de conventionibus præmittere lubet, ut perspecto genere, evidentior evadat specierum cognitio, arg. l. 19. pr. ff. de aur. & arg. leg. l. si quis 58. ff. solut. matrim. Comprehendit enim conventio ambitu suo pacta & transactiones. l. 1. §. 3. ff. de pact. Illis iterum insunt pacta in specie talia & contractus d. l. 1. §. 3. & 4. l. 6. l. 7. §. 5. l. 13. 2. C. eod. l. 15. ff. de P. V. Omnium autem conventionum atque contractuum formam genericam constituit consensus d. l. 1. §. 3. de pact. Et consensus duo sunt principia: intellectus & voluntas. Struv. in S. 7. C. Ex. VI. th. 35. quorum neutrum in ebrium competere, vel ex superius allatis elucescit. Quomodo enim consentit, qui nec sentire quidem potest? inquit Pomponius in l. 8. §. 2. ff. de opt. leg. Convenit cum his Pufendorffii iudicium in Lib. I. cap. 4. §. 8. d. J. N. & G. quod nimirum voluntatem ad certum genus actionis non parum irritet ebrietas, ex potu potissimum aut fumis proveniens, que violento motu spiritus atque sanguinem impellit, ac perturbat, & ad libidinem cum primis, iracundiam atque temeritatem homines proclives reddit. Unde in actibus indifferentibus & quos suscipere vel omittere in cuiusvis est arbitrio, ipsa, ubi mentem nimis obsuscavit, id efficit, ut ne
actum

actum ille effectus sequatur, qui secuturus erat, si deliberato fuisset animo susceptus. Pono itaq; regulam: Ebrius conventiones inire non potest. Hic distinguunt quidam cum Treutl. 3 Vol. I. Disp. VI. th. 5. lit. a. inter ebrium & ebriosum, hunc ex conventionem omninò teneri existimantes. Sed rectè refutantur ab Huñio *ibid.* qv. 28. & *tr. de pact. cap. 3. qv. 11.* quia hic non magis potest consentire quam ille. Imò furioso similior est. Unde etiam tali licet invito, præviâ causæ cognitione curatorem dandum esse, quia ipsi mens friget & ad agenda propria negotia minus sufficit, existimavit Ripa *in. l. is cui bonis. n. 24. ff. d. V. O. arg. l. 12. §. 2. ff. de tut. & curat. dat.* Nec obstat, quod neminem rei illicitæ vacantem excusare debeat improbitas, & damnum quod quis suâ culpâ sentit, non sentire videtur. *l. 15. ff. si quis omiff. caus. testam. l. 203. de R. J.* Resp. enim, committi fallaciam causæ, quia non propterea non obligatur pacto, quod improbitas eum excusare debeat, sed quia consensus, qui ad omne desideratur pactum, deficit. Et sibi imputet is, qui cum tali contraxit. Sunt tamen prædicta de ebrioso eatenus quoque accipienda, si scil. is vino onustus conventionem celebraverit; secus, si jejunos sit ac sobrius. Nam tum nihil obesse, quo minus consentire, ac per hoc conventionem inire possit, nemo negabit.

Sicut igitur ebrius pacisci impeditur per ea quæ affert Vinn. *tr. de pact. cap. 14. n. 3.* in quam sententiam Colleg. Jurid. Jenens. M. Junio 1614. respondit: Da ihr damahls mit einem Trunck beladen gewesen/ und nicht gewußt was ihr gethan; So send ihr demselben was da zur Zeit eurer Mühle halben versprochen worden/ nachzuleben nicht schuldig/ teste Struv. *S. J. C. Exerc. 6. th. 37.* adeoque etiam constituere, *arg. l. 1. pr. ff. de const. pec.* Comparatur quippe hoc negotium pactis *in l. 14. §. f. ff. eod.* & est ipsum pactum legitimum, *Bocer. cl. 2. disp. 17. th. 2. lit. b. & c.* ita & transigere, Vinn. *de transact. cap. 3.* siquidem transactio vel pacto vel contractu

C

pera-

peragitur. *arg. l. 2. ff. l. 7. l. 17. l. 33. 38. C. de transact. sanè non nisi ex consensu subsistit l. 13. l. 20. C. eod. Wesenb. consil. 15. n. 4. Vol. 1. atque contrahere. Dec. consil. 112. Tusch. concl. pr. tom. 2. concl. 1. Lit. b. Ripa in l. is cui bonis. n. 21. ff. d. V. O. Joh. Volck. Bechmann in Comment. Theor. Pr. ad ff. tit. de pactis. n. 73. ubi in Coll. Jur. Jen. ita pronunciatum testatur. Bald. in l. 1. C. de dol. mal. exc. ne quidem in suam utilitatem, aliter quam sentit Barbacia in l. 1. col. 6. ff. de V. O. Nam cum ebrius nullius omninò mentis sit, videtur nec sibi posse acquirere, argumento eorum, quæ de furioso & infante, qui nullum adhuc intellectum habet, scribuntur in l. 1. §. 1. ff. de A. l. A. P. & in d. l. 1. de V. O. Nisi diceres, Barbac. intelligere de eo, qui non adeò ebrius est, ut non omninò non intelligat quid agit, sed est veluti medius inter ebrium & non ebrium. Sed hoc casu mero juro valeret contractus ab eo factus, etiam in sui præjudicium. Tiraqv. de Leg. connub. gl. 8. rubr. de son ma. 17. n. 83.*

Sunt autem contractus vel veri vel quasi. Illi iterum aut nominati aut innominati. In nominatis non refert, an sint reales, ut: mutuum, *arg. l. 32. ff. de R. C. ubi in dante notandum, quod ebrius non possit dominium transferre. Commodatum, arg. l. 2. ff. l. 17. §. 3. commod. Depositum. arg. §. 3. J. quib. mod. re contr. obl. Pignus. arg. §. fin. J. eod. l. 1. pr. ff. de pign. act. l. 1. §. 6. de O. & A. Nec obstat, rei traditionem, quæ forte ab ebrio fieri potest, potissimum esse de substantiâ horum contractuum, quoniam, etiamsi ebrius actum faceret, quem quivis sanæ mentis fecisset, non tamen potest præsumi illum ex proposito fecisse. Zacch. *Quest. Med. Leg. Lib. 2. tit. 1. qv. 11, n. 30. an verbalis, ut: stipulatio. arg. l. 1. §. 3. ff. de pact. l. 1. §. 12. ff. de O. & A. vid. Lud. Pontan. ad l. stipulatio. 1. §. 2. ff. d. V. O. n. 8. Goedd. de C. & C. St. cap. 7. concl. 11, n. 166. seqq. quo pertinet fidejussio, de quâ idem asserunt Hering.**

Hering. *de fidejuss. c. 7. n. 119.* Val. Franc. *de fidejuss. c. 2. n. 33. seqq.*
 an literalis, ut chirographarius. *arg. §. un. §. de liter. obl. an* IO
 consensuales, ut: emtio venditio. *arg. l. 1. §. 2. l. 2. §. 1. ff. de* II
C. E. V. pr. §. eod. Locatio conductio. *arg. l. 1. l. 14. ff. l. 24. C.*
pr. §. de Loc. cond. Dn. Andr. Wege. de Loc. conduct. cap. 3. n. 24.
seqq. Emphyteuticus contractus. *arg. l. 1. C. de jur. emphyt.*
 §. 3. *§. d. t.* Societas. *arg. l. 19. ff. pro socio. §. un. §. de Obl. ex cons.*
 Heët. Felic. *de Societ. cap. 7. n. 7. & 8.* Mandatum. *l. 1. pr. &*
 §. 1. *ff. mandati. d. §. un. §. de oblig. ex consens.* quod nec dare
 nec suscipere ebrius est permissum. *arg. l. 8. §. 1. & l. 43. pr. &*
 §. 1. *ff. de procurat.*

Contractuum innominatorum quidam sunt irre-¹²
 gulares, ut: æstimatorius & permutatio. Quorum il-
 lum celebrare prohibetur ebrius, *arg. l. 1. pr. & §. 1. ff. de æsti-*
mat. hunc arg. l. 1. §. 2. 3. ff. l. 4. 5. C. de rer. permut. quidam
 irregulares, ut: do ut des, do ut facias, facio ut des, fa-
 cio ut facias. *l. 5. pr. ff. de P. V.* in quibus omnibus, cum præ-
 ter consensum actualis aliqua præstatio exigatur, *l. 1. §. 2. ff.*
l. 3. C. de rer. permut. d. l. 5. pr. & §. 5. seqq. l. 7. §. 2. ff. de pact.
 Tabor. *part. element. p. 3. sect. 4. tb. 15.* Carpzov. *p. 2. C. 33. d. 23.*
 invalidum erit, quicquid temulentus hic egerit, quod usque
 adeò verum esse puto, ut illi, etiam si ab alterutra parte facta,
 sit actualis præstatio, pœnitere liceat.

Haëtenus de contractibus veris: nunc ad quasi con-¹³
 tractus pergo. Hi in duo abeunt membra. Sunt enim,
 vel bilaterales, vel unilaterales. Ad illos referuntur:
 Negotiorum gestio, tutelæ administratio, communio
 rerum, communio hereditatis. *§. 1. 2. 3. 4. §. de obl. que qs.*
ex contr. quibus nonnulli accensent finium communi-
 nem. *t. t. ff. & C. fin. regund. Schneidew. ad §. 20. §. de action. n.*
 C 2 6.

6. iudicatum. l. 3. §. II. ff. de peculio. Giphani. ad pr. J. de Obl. que qs. ex contr. litis contestationem. l. f. in fin. pr. C. de usur. rei jud. l. 29. ff. de novat. Gail. Lib. I. obs. 74. seqq. Schultes. Obs. 42. n. 2. Carpz. in Proc. tit. 10. art. 29. n. 2. item: iuramentum, si ab eo, cui à tertio fuerat delatum, sit præstitum. l. 5. §. 2. ff. de pecul. Ad hos spectant: aditio hereditatis, & solutio indebiti §. 5. 6. fin. J. de O. q. q. e. c. detentio rei in qua alius interesse habet. l. 3. §. 8. & 10. l. 13. ff. & t. t. ff. & C. ad exhib. Vultej. Lib. I. Jpr. Rom. cap. 42. in fin. datio ob causam. l. 13. §. 2. in f. commod. l. 1. & seqq. ff. de cond. caus. dat. caus. non sec. acceptio sine causa, seu existentia rei sine causa apud alium. l. 32. in. f. ff. de R. C. t. t. ff. de cond. sine caus. receptio in navim, cauponam, stabulum. l. 1. & seqq. ff. naut. caup. stabul. Vid. Mollenbec. in divis. jurid. XCIIIX. lit. a. Struv. in Jpr. R. G. L. 3. tit. 18. Negotium ebrius aut gerit alterius; aut geritur ipse. Hoc casu obligatur omnino, quia & absentis & ignorantis negotia geri posse constat ex l. 41. de N. G. junct. l. 3. §. 5. eod. l. 24. §. 8. de O. & A. illo negotium nullatenus subsistit. In tutelæ administratione nihil singulare occurrit, quia hic nullus subest actus discretus, sed continuus ex plurium actuum serie collectus. Illud obiter notatum velim, tutorem propter ebriositatem suspectum postulari posse. Suspectum enim etiam eum putamus, qui moribus talis est, ut suspectus sit. l. 8. ff. de suspect. tutor. §. fin. I. eod. Quatuor sequentes quasi contractus ita se habent, ut in iis ex ipsa re veniat obligatio, unde & ebrium ibi teneri censemus. arg. l. 3. §. 5. d. N. G. l. 24. l. 46. de O. & A. l. 25. de fidejuss. junct. l. 70. §. pen. in f. ff. eod. Litis contestationem ab ebrio fieri non posse, itidem contendimus arg. l. un. C. de lit. cont. Juramentum, si, ut supra demonstratum dedi, ab ebrio nec præstari nec deferri potest, sequitur, nec ex illo alteri obligationem nasci.

In

In hereditatis aditione nihil interest, siue illa delata sit ex lege, siue ex testamento. §. *fin. l. de Hered. qual. & diff.* In adeunte vero requiritur, ut intelligat quod agit, & voluntatem suam declaret vel verbis vel facto, scil. pro herede se gerendo. *d. §. fin. Bacch. & Ludw. ibid.* Hinc furiosus nequidem cum curatore antea acquirere poterat. *l. 63. l. 90. ff. d. A. l. O. H.* admissum tamen postea, ut curator ejus nomine acquireret. *l. fin. §. 3. C. de curat. furios.* Ebrius vero & abhinc arceatur, tum propter voluntatem impeditam, tum, quia ad alteri se obligandum est ineptus. Et, si nulla est aditio ab ebrio facta, quodnam inde vinculum contrahi posse putes? Ex solutione indebiti ebrius multo magis competet condictio, cum non solum ex errore, vid. *l. 6. 7. C. de cond. indeb.* sed & iudicii defectu soluisse, imò actus ipse solutionis nullus presumatur. Quod si verò ipsi indebitè sit solutum, ad restitutionem eum obstrictum esse nullus dubito. Detentio rei in qua alius interesse habet, & sequentes duo qs. contractus supra nominati obligationem ex re ipsa præ se ferunt. Unde actionem ad exhibendum, condictioem causa data causa non secuta, nec non sine causa, tum ebrius, tum adversus eum dari nemo ibit inficias. De receptione in navim &c. denique notandum, quod, siue vectores, viatores &c. ebrii res suas intulerint, siue exercitor ebrius receperit, utroque casu quasi contractum intelligi, & natam esse actionem de receptis. Sufficit enim, & hoc ipso receptæ videntur res, quod in navem &c. missæ sunt. Et vector omnium recipit custodiam, quæ eò sunt illata. *l. 1. §. fin. junct. l. 5. pr. ff. naut. caup. stabul.*

A conventionibus quamvis separatam habeant naturam sponsalia & matrimonium quoad nonnullos effectus, siquidem obligatio hic intercedens non jus ad rem, sed jus personarum operatur: moveri tamen non potui, quo minus

- & de his nonnulla hoc loco delibarem, cum quoad modum ineundi, atque initium, quod semper in contractibus est spectandum *l. 8. pr. ff. mandati l. 12. ff. de SCt. Maced.* cum aliis conventionibus ea convenire certò certius habeatur. vid. *rubr. & cap. fin. X. de condit. appos. in desponsat. & aliis contract.* Namque ibidem consensus omne punctum fert. *l. 4 l. 7. § 1. l. 11. ff. de sponsal. l. 30. d. R. 7. § 1. 7. de nupt. cap. 14. 25. X. de sponsalib.*
- 24 gepauer *ad h. t. n. 6. seqq. & n. 16.* Quapropter ab ebrio contracta sponsalia vel matrimonium rata non erunt. *arg. l. 8. ff. cap. 24. X. eod. Wesenb. ad tit. ff. de R. N. n. 8. §. dictum hactenus. Joach. à Beust. de sponsal. cap. 11. Alberic. Gentil. de nuptiis lib. 3. cap. 8. Mozz. de contract. tit. de matrim. p. 1014. Socin. consil. 47. vol. 3. Arum. Exerc. XII. tb. 8. Arnis. de jur. connub. cap. 3. sect. 2. n. 5. Cypr. de sponsal. cap. 13. §. 62. Carpz. Jurispr. Eccles.*
- 25 *Lib. 2. def. 31. n. 7. & 8.* idque eò magis, si persona cui ab ebrio promissum conjugium, turpis est, vel alioqui vilis conditionis, genere, moribus, & familia sponsi indigna. *Nicol. de divort. p. 1. c. 2. n. 38.* etiam si copula carnalis accesserit. *Hil- lig. ad Don. vol. 1. Lib. 13. cap. 19. lit. a. in not.* Concubitus enim absque concomitante vero consensu conjugali, qui in presenti casu deest, matrimonium non perficit. *l. 32. §. si mulier. 13. ff. de donat. int. vir. & ux. l. 30. ff. de R. 7. Brouw. de jur. connub.*
- 27 *Lib. 1. cap. 4. n. 14.* Ampliatur nostra regula porrò, ut procedat, etiam si ebrius juramento confirmaverit contractum. *Ripa in l. fin. n. 76. C. de revoc. donat. & eleganter, ut solet, Ant. Faber. in Cod. Lib. IV. tit. 1. def. 7. p. 293. & matrimonium. Brouw. d. l. n. 12. 13.* partim, quia juramentum ebrii nullius est momenti, ut antea docuimus, aut certè is ab illo absolvendus, monente Fabro *ibid.* partim, quia juramentum non debet esse vinculum iniquitatis, & sequitur naturam actus, quo non subsistente nec illud erit obligatorium *l. 7. §. 16. ff. de pact.*
- 28 *l. 112. §. fin. ff. de leg. 1. l. 5. C. de LL.* idque eò magis, si quis alterius ebrietatem captavit, & observatà ejus facilitate promiss-

missum astutè elicit, nam tum ne abs doli quidem fraudis-
 que crimine immunis erit. Pufend. *de J. N. & G. Lib. 3. cap. 6.*
S. 4. Moller. ad Const. Sax. 19. p. 2. n. 35. Alex. ab Imola ad l. do-
lum. n. 5. C. de dolo mal. Schiurff. conf. 88. n. 14. cent. 1. qui adhi-
 bitus fuisse præsumitur, si quis ad prandium aliquem invi-
 taverit, ac deinceps cum inebriato contraxit, Rip. *l. supr. all.*
Dec. consil. 112. in pr. Hinc etiam, si apparet, à puellâ vel ejus
 necessariis aliisve dolo malo, datave opera lenoniis artibus
 id esse actum, ut juvenis alioquin honestus & sobrietatis a-
 mans in ebriaretur, & fidem connubii cæco impetu, non de-
 liberato consilio daret, invalidum erit matrimonium. Nic.
de divort. part. 1. cap. 2. n. 38. Kling. de caus. matrimonial. in tit. de
errore qual. vid. Consil. Witteb. p. 4. tit. 3. rubr. Ob wegen großer
 Trunckenheit die Sponsalia und Ehe zu dissolviren. Dedekenn.
consil. vol. 3. lib. 2. Sect. 7. n. 13. 16. ubi a Consist. Witteb. ita pro-
 nunciatum refert: Ist euer Sohn Bastian N. durch N. N. mit
 Betrug voll gesauffet und da er truncken / von ihnen beredet
 worden / daß er sich mit einer berüchtigten Dirnen / Ammen N.
 genandt/ohne euer Fürwissen und Bewilligung ehelich verlobet/
 ihr auch nochmahls nie darein verwilliget / noch zu ver-
 willigen bedacht / euer Sohn auch sie zuhaben nicht begehret/son-
 dern euch dem Vater zugehorsamen Willens / so wird solch
 heiml. Verlöbnuß hinterzogen und für nichtig erkandt / und
 stehet bey euch euren Gefallen nach den Sohn mit einer andern
 Person zuehlichen und zuversehen billig / B. R. W. Et in his
 causis matrimonialibus subsistit (i. consensus pro ratione
 circumstantiarum in ebrioso, si scil. is non solum quoti-
 dianæ computationi & ingurgitationi, sed & fallaciis lu-
 dificandi virgines honestas fuerit deditus (Wenn einer alle
 Tage im Luder liegt und stets in Quasß und Fraß lebet / und bez-
 reits gewohnet ehrliche Jungfrauen oder Witben in trunckener
 Weise die Ehe zuversprechen / und sie hernacher rumbzurü-
 cken und zubetrügen. Quæ verba sunt Nicolai Tr. *de divortiiis*
 cit.

cit. l.) cui malicia sua & nimia levitas prodesse non potest. *arg. l. ii. inf. & l. seq. ff. de dol. mal l. 65. §. 3. ff. pro socio.* Aliter, ut retrò dixi, se res habet in aliis contractibus. Ratio diversitatis hæc, quia matrimoniorum, ob eorum favorem, difficilius est quam contractuum dissolutio. Limitantur prædicta ut locum non inveniant (2. in modica ebrietate. Leviter enim ebrii, & qui paulò plus adbibent pro sobriis habentur, ideòque firmiter contrahunt. Mascard. *de probat. concl.* 179. Castrens. *in l. 4. C. qui testam. fac. poss.* Coepp. *obs. pr. lib. 2. obs. 27. n. 5.* & sponsalia celebrant. Covarruv. *p. 2. de matrim. cap. 2. n. 1.* Hackelm. *in quest. illustr. Disp. 4. th. 4.* Illustr. Dn. Stryck. *in Disp. de jure sponsi & sponsæ cap. 2. n. 60. Vol. 1. disp. 21.* Unde tales sub prætextu ebrietatis rescissionem conjugii expetentes ad consummationem adigere solent Consistoria Saxonica h. m. daß sie ihres Vorwendens ungeachtet mit N. N. durch Priesterl. Copulation die Ehe zu vollziehen schuldig seyn/ teste Nic. *p. 1. de divori. c. 2. n. 36.* (3. si quis in ebrietate gesta rati-
 30 habuerit. Hering. *de fidejuss. cap. 7. n. 129. recurrit enim rati- habitio ad illud tempus quo convenit*, ut venustè ait Marcianus *in l. 16. §. 1. ff. de pignor. & hypoth.* Et sic repudium non est concessum, si in ebrietate desponsatus discussa temulentia caligine in præsentia duorum ad minimum testium subsequenti die aut alio tempore repetierit consensum matrimonialem, aut gratulationem acceptet. Nic. *d. l. n. 43.* Sed tum obligatur non ex eo quod ebrius; verum quod sobrius egerat. Pufend. *in Elem. Ipr. univ. def. 12. §. 18.* Denique brevibus excutienda erit quæstio: quonam remedio subveniendum sit ei, qui vino sepultus ad contrahendum fuit inductus? Et restitutionis remedium ipsi præstò esse judicamus cum Mauric. *de in integr. restit. c. 394.* Leop. Hackelm. *in quest. illustr. Disp. 23. qu. 24.* nimirum ut actione restitutoria de dolo, de quâ vid. Magnif. Dn. Svendend. ICtum
 31
 32
 Li-

psiens. celeberrimum, Patronum obsequiosè suspiciendum,
in tr. de actionib. cap. 3. membr. 48. sect. 2. contractum nullum
 dicat. Franc. Viv. *Lib. 1. Decis. Neapol. 105. n. 2.* Nam dolus
 in tali contractu semper adfuisse præsumitur, ut notat post
gl. Bald. in l. dolum. C. de dol. mal. Zang. de except. p. 3. c. 13. n. 87.

Libellus hunc in modum potest concipi:

33

P. P. Saget Kläger fürklich / was massen Bekl. am 14.
 Aug. jüngsthin ihn nebst Antonio und Marcello zu sich zur
 Abendmahlzeit bitten lassen / auch / als er dazu sich eingefun-
 den / nebst iht gemeldten andern beyden Gästen ihme mit dem
 Truncß dermaßen zugeseket / daß er davon eingenommen / sei-
 ner Glieder fast gar nicht / weniger des Verstandes mächtig ge-
 wesen / bey welcher Gelegenheit Bekl. Klägern gefährlicher
 Weise überredet / daß er sein von Sulpitio erkauftes und zwis-
 schen Caji und Mevii Häuseru auff der Peter-Strassen gelea-
 genes Haus ihme nicht allein vor 250. Thlr. käufflich überlas-
 sen / sondern auch den von Beklagten zu solchem Ende in Vor-
 rath verfertigt habten Contract sowohl selbst / als Verkäufer
 nebst obgenandten Antonio und Marcello denen vermeint-
 ten Zeugen / mit Hand und Pehschafft vollzogen / in gleichen
 100. Thlr. zum Angelde von Beklagten angenommen / und die
 ihm vorgelegte Quittung hierüber ebenfalls unterschrieben /
 wann aber solchergestalt Kläger wegen angezogener Trunc-
 kenheit zu contrahiren nicht vermocht / sondern hierzu / und
 zu Verkaufung seines obberührten Hauses / welches er in
 frembde Hände kommen zulassen keines Weges gesonnen / von
 Beklagten dolosè induciret worden; Als fodert Er von Bes-
 klagten richtige Antwort / mit bitte nach deren Erfolg in Rech-
 ten zu erkennen und auszusprechen: Daß der zwischen ihnen
 getroffene Kauff ipso jure null und nichtig / derowegen der
 hierüber zu Pappier gebrachte Recess zu cassiren / in gleichen
 Beklagter Klägern / gegen zurück Empfangung derer zum Ums-
 gelde bezahlten 100. Thlr. seine darüber ertheilte Quittung
 D hinc

hinwiederumb auszuhändigen / auch alle verursachte Schäden und Unkosten zu erstatten schuldig / Nobiliss. &c.

34 Eo pacto procedendum erit, si quis per modum actionis jus suum exequi velit: Quod si verò alter agat ad implementum contractus, reus tali exceptione se tuebitur. :
Bekl. ist zwar des mit Klägern geschlossenen und vollzogenen Rauffs ganz nicht in Abrede; Diemeil aber er damahls mit dem Trunck dermaßen überladen / daß er bey seinem Verstande nicht gewesen / und solchergestalt Kläger gefährlicher Weise mit ihm umbgegangen / daß er ihn ad contrahendum überredet; Als lebet er des Vertrauens zum Rechten / er werde von dieser angestellten Klage cum refusione expensarum billig zu entbinden und loßzuzehlen seyn / maßen er denn also zu erkennen bittet. Nam cui damus actiones, eidem & exceptionem competere multò magis quis dixerit. *l. 156. §. 1. ff. de R. J. cap. 71. de R. J. in 6.* Nec differentiam hìc faciendam existimo inter contractus b. f. qui alias solùm dolo ipso jure vitiantur, & stricti juris, quia respectus est habendus non solùm ad dolum, sed & ad deficientem consensum.

35 In matrimonialibus ebrietas quod obsit principiis eorum, ex superius allatis patet: Quod si verò ex post facto consuetudo inebriandi superveniat, de eo alia nascitur quæstio. Antiquo quidem jure multi mali mores & leves, ut inebriationes & similes, inducebant solutionem matrimonii. Accurs. *ad l. pen. §. pen. verb. abolito. C. de repud.* Quod postea mutatum reperitur in *l. 1. & 2. Cod. Theodos. eod.* ita, ut nec mulier ea propter rejici, nec dos lucriferi, nec uxor eam à marito repetere possit. *Jd. ad. l. un. §. taceat. 8. verb. ob mores. C. de rei uxor. act. & ad l. rei jud. §. 1. in fin. ff. solut. matrim.* & addit rationem, quia ebrietas non frangit matrimonialem pudorem. Quæ licet non admodum firmo stet talo, post eam quam ebriositas fœminæ ut plurimum habet comites libidines.

nes. Sic Galenus *in libro, cui tit. fecit: corporis temperaturam ani-*
mi mores sequi, inquit: *omnis mulier vinolenta eadem quoque mere-*
trix est. Attamen certum est, hodiè malos mores, veluti si ma- 36
 ritus sit ebriosus, atque sæpius vino & cerevisiâ madidus, aut
 aleator, vel prodigus (wann er stets toll und voll/ oder auch
 ein Spieler und Verschwender ist/) & nec uxoris nec libero-
 rum curam habeat, nequidem ad separationem de thoro &
 mensâ sufficere. Nic. *de divort. p. 2. cap. 4. n. 24.* Cui non con-
 trariatur, quod eadem sit permessa ob furorem alterius con-
 jugis. Jd. *ibid. cap. 3. n. 21.* Resp. enim (1. nec hic quoque ad
 separationem deveniri, nisi fortè vitæ periculum sit metuen-
 dum. Gerhard. *de conjug. §. 689.* Beza *de repud. p. 102.* Schnei-
 dew. *de divort. p. 4. n. 53.* (2. in ebriositate facilius est emenda-
 tio. Hinc, si ejusmodi maritus in uxorem eo tempore quo 37
 potus est, sævire soleat, & monitus non desistat, separationi
 locum esse non ambigo. Ita fuisse decisum in Curiâ Archi-
 Episcop. Neapolit. ex M. Anton. Genuens. refert. Zacch.
Qu. Med. Leg. Lib. 2. tit. 1. qv. 11. n. 45. Extra hunc casum de cœ- 38
 tero non deneganda erit mulieri imploratio officii judicis,
 quo istalem maritum melioris frugi esse jubeat, aut pertina-
 cem, carcere, multâ pecuniariâ, aut aliis modis ad obedi-
 tiam compellat. vid. Dn. Romani *disp. inaug. de judicio morum*
inter conjuges & desponsatos veteri ac hodierno, Lipsiæ Ao. 1693. hab.
cap. 3. §. 4. in fin.

CAP. IV.

De

JURE CIRCA EBRIETATEM
IN DELICTIS EORUMQUE
POENIS.

SUMMARIUM.

Q^v. an ebrietas sit delictum? n. 1. Aff. n. 2. 3. Demonstratur ex
 D 2
 probi-

prohibitione juris divini revelati & connati. n. 4. & 5. Ex moribus
 diversarum gentium. 6. 7. 8. 9. Ex rationibus Politicis. 10. Illustratur
 hac assertio exemplo. 11. Probatio ulterior ex jure humano, eoque
 Civili. 13. 14. 15. 16. 17. 18. Ex jure Canonico. 19. Quo Clericis potis-
 simum interdicta est potatio 20. 22. De pœnâ sacerdotum ebriosorum
 hodiernâ. 21. Fœminas à vino abstinentes esse debere. 23. 24. De pœ-
 nâ ebriosorum hodiernâ, quæ solet esse pœnitentia ecclesiastica. 25. In
 carceratio. 26. Inhonestâ sepultura. 27. Salutipotations quatenus
 sint licitæ? 29. 30. 31. De iis, qui alios inebriare student. 32. Quid
 num ebrius delinquens ordinariâ pœna sit afficiendus nec ne? 33. Casus
 ubi à pœna planè est immunis. 34. Argumenta eorum qui pœna ordi-
 nariæ locum faciunt. n. 35. usque ad 42. Argumenta pro ebrio. 43.
 44. 45. 46. Responsiones ad contraria à n. 47. usque ad 54. Am-
 pliationes regulæ: ebrium delinquentem mitius puniri debere. 55. 56.
 57. 58. Ejusdem limitationes. 59. 60. 61. 62. 63. Transitio ad delicta in
 specie. 64. Rejicitur distinctio delictorum in ea, quæ per pœnitentiam
 revocari possunt, & minus talia. 95. Ebrius num possit injurias pati
 & inferre? 66. Quousque veniam hic mereatur? 67. 68. 69. 70. In-
 jurias neganti defertur juramentum purgatorium. 71. Quod si de-
 trectet ad palinodiam tenetur. 72. Per retorsionem ebrii an actio in-
 juriarum ipsi præscindatur? 73. An ebrius actione L. Aquiliæ teneatur?
 74. De furto. 75. 76. Rapinâ 77. De homicidio. 78. Ibi itidem enor-
 mis saltem ebrietatis rationem haberi. 79. Et cautè judici esse proce-
 dendum. 80. Exceptiones, ubi in homicidio mitigatione pœne non
 fruitur ebrius. 81. 82. De parricidio. 83. Autochiriâ. 84. An ebrium
 aggressorem defendendo se interficere liceat? 85. Rationes dubitandi.
 86. 87. 88. Et decidendi. 89. 90. 91. De adulterio. 92. Stupro. 93. 94.
 Blasphemiâ. 95. 96. 97. An & quatenus in nostrâ Ecclesiâ Mariam vir-
 ginem cavillans tanquam blasphemus puniendus sit? 98. De ebrio ver-
 ba hæretica proferente. 99. Pœnæ & exempla eorum, qui sacra profa-
 narunt. 100. 101. 102. 103. Sacerdotum, qui in baptizandis infantibus
 aliquid omiserunt, aut corruerunt. 104. 105. De crimine læsæ maje-
 statis, & maledictis in Imperatorem effusis. 106. 107. De incendio. 108.

An & quateuus ebrius cautionem de non offendendo frangat? 109. De
pœnâ militis ebrii ex cubias parùm diligenter agentis. 110.

PRiusquam ad ebriorum delicta¹

nos conferimus, non alienum erit, disquirere; num ipsa ebrietas in delictorum numero habeatur. Affirmant Cardin. de Turre Cremata, in can. sexto die & can. 2 seq. dist. 35. Bernard. Diaz. in prax. crim. lib. 47. tit. ult. c. 3. Matth. de crimin. lib. 47. tit. ult. c. 3. multique alii & rectè. Nam³ quicquid contra legem divinam & humanam committitur, illud delictis meritò accensetur. Atqui ebrietas contra legem divinam & humanam committitur, E. ebrietas delictis meritò accensetur. Major suâ luce radiat. Minoris probationem suppeditat juris divini atque humani prohibitio. Ratione illius sive jus revelatum morale, sive connatum spectes, res clara est. Jus revelatum enim in⁴ Sacro Codice non solum dissuadet, sed & magno Zelo & comminatione vetat ebrietatem. Sic: *luxuriosa res vinum; & tumultuosa ebrietas; Quicumque his delectatur non erit sapiens,* inquit Salomo *Prov. 20. v. 1. Qui diligit epulas in egestate erit, qui amat vinum & pingua, non ditabitur, c. 21. v. 1. Noli esse in conviviiis potatorum, nec in commessionibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt, nam vacantes potibus & dantes symbola consumuntur; & vestietur pannis dormitatio. c. 23. v. 20. 21. Cui va? cui anxietates? cui rixæ? cui ejulatus? cui sine causâ vulnera? cui suffossio oculorum? nonne his qui commorantur in vino? & student calicibus epotandis. ibid. v. 29. 30. va qui consurgitis manè ad ebrietatem sectandam, & potandum usque ad vesperam, ut vina estuetis. Esa. 5. v. 11. va qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. ibid. v. 22. Attendite autem vobis, ne fortè graventur corda vestra in crapula & ebrietate & c. Luc. 21. v. 34 Sicut in die honestè ambulemus, non in commessionibus & ebrietati-*

tatibus &c. Rom. 13. v. 13. Nunc autem scripsi vobis non commisceri,
si is, qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut avarus,
&c. aut ebriosus, &c. cum hujusmodi nec cibum sumere. 1. Cor. 5.
v. 11. Neque fures &c. ebriosi &c. regnum Dei possidebunt. cap. 6.
v. 10. Galath. 5. v. 21. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed
 5 *impleamini spiritu sancto. Eph. 5. v. 18. Jus divinum conna-*
tum seu naturale, quod honestum ac decorum generali-
ter nos observare jubet, non minus nobis viam vitandæ
ebrietatis indigitat. Quare inter honestatis fontes suo
jure refert temperantiam, & à nimio potu abstinenciam
Cic. de off. cap. 4. & 28. vid. ibid. Hildebr. in not. Quomodo ve-
rò in tramite recti perseverabit, qui præter noxam corpori
illatam rationis usum debilitat, ne dicam, extirpat. Quâ
de re eleganter admodum Thom. Hobbes. de civ. cap. 3. §. 25.
fic ait: Porro quandoquidem leges nature nihil aliud sunt, quam
dictata rectæ rationis, ita, ut, nisi quis rectè ratiocinandi faculta-
tem conservare conetur, leges nature observare non possit, mani-
festum est eum, qui volens sciensque ea fecerit, quibus facultas na-
turalis destruat, vel labefactetur, volentem scientemque legem
nature violare. Nihil enim interest, utrum præter officium faciat
quis, an id faciat volens, quo minus officium implere possit: Ratio-
cinandi autem facultatem destruunt vel labefactant homines, qui
faciunt ea, quibus mens de statu suo naturali deturbatur, id quod
manifestissimè contingit ebriis & crapulâ gravatis. Peccatur er-
gò contra legem naturalem ebrietate. Hæc ille Conf. Pufend.
Elem. Jpr. univ. Lib. 2. obs. 4. n. 8. & de offic. hom. & civ. Lib. 1. cap. 5.
§. 3. Covarruv. ad cap. peccatum. de R. J. in 6. p. 2. §. 5. n. 2. 3. Jos.
Gibalin. de censur. disp. 2. qv. 1. n. 6. seq. Rob. Sanderson. de consc.
prelect. 8. n. 11. seqq. Augustin. in serm. 201. & 232. de tempore. Ac-
cedit, quod isti, qui cibo ac potu ita abutuntur, ut vitam
per hoc breviorē reddant, maximoperè contra Deum &
propriam conscientiam peccent, idque tam notum est, ut
nullâ demonstratione indigeat. Prætermittere tamen non
 pos-

possimus, quod hi donum Dei mediocriter saltem, & quantum ad sustentationem sufficiat, adhibendum (cum id ipsa natura commendet, quippe quæ paucissimis est contenta) superfluè devorent ac ingurgitent. vid. Gvil. Grot. *de Jur. nat. cap. 8. §. 4.* Unde apud quaslibet moratiores imò 6 etiam multas barbaricas gentes graviter in ebrios omni tempore animadversum fuisse constat. De Atheniensibus 7 testatur Coel. Rhodig. *Lib. 15. lect. antiqu. cap. 6.* ebrietatem apud eosdem capitalem fuisse, & Julius Pollux *Lib. 8. Onomast.* ebrietatis actionem ibidem introductam, de quâ cognosceret prætor seu archus, memoriæ prodidit. Moscovitas ebrios, etsi sacerdotes fuerint, publicè vapulare scribit Sigism. *Lib. Bar. ab Herbenstein. in Comment. rer. Moscovit.* Turcis Muhammedis lege abstinentia à vino præcipitur, 9 quam si quis transgressus fuerit, in facinore deprehensus graves pœnas luit. Quod inter alios modos conservandi 10 Imperium Turcicum refert Horn. *in Orb. Polit. cap. 2. apb. 3.* Add. Busbeqv. *epist. 4. de reb. Turc. p. m. 357.* Et sanè vix ulla Republica diu stetit, quæ ebriosorum consilio gesta est, vix ulla concidit, quam non ebriofsi everterent, vix ulla non floruit, quæ à ficcis & sobriis hominibus administraretur. Greg. Richt. *axiom. Polit. 15. p. 38.* Ut taceam, quam nociva & detestabilis res sit ebrietas in tota vita humanâ, quæ mater & radix omnium malorum, causa & origo damnationis æternæ, prædatrix vitæ humanæ, venenum bonæ valetudinis, omnium arcuorum revelatrix, honestatis & omnis recti expultrix, intelligentiæ, sensuum, memoriæ, morum, totiusque humanæ naturæ & ordinis perturbatrix appellatur condignè à Schopper. *de astut. vulp. Reinick. Lib. 1. cap. 23. in comment. n. 3.* Quod exemplo me- 11 moratu digno illustrat Richt. *in Axiom. Oeconom. reg. 34. in fin.* viri cujusdam pietati deditissimi, qui crebris diaboli tentationibus infestatus fuit, ut ex tribus peccatis unum, quod perpetraret, sibi eligeret, vel ut se semel inebriaret; vel vicinum

cinum interficeret: vel cum ejusdem uxore concumberet. Consensit is victus in primum, quod illorum levissimum hoc judicaret. Ast eventu edoctus est, ex eo omnia reliqua mala, vitia, ac crimina propullulare, siquidem vir iste vino ad libidinis flammam incitatus, & in adulterium cum vicini uxore prolapsus est, illumque flagitium hocce ulcisci volentem, dum ipsi resistere conatur, occidit. Serio itaque deplorandus est luxus Germanorum (ut facit Carpzov. *pr. Cr. qv 146. an. 5. ad 29.*) qui propter assiduam ebrietatem & potandi studium frequens apud exteros malè audiunt, & graviter taxantur post Tacit. *de morib. Germanor.* & alios multos, à Barclajo in *Jcon. animor. cap. 5.* & Autore *Itiner. German. p. 226.* Lans. in *Orat. contra Germ.* Sed insanabilem quasi fuisse hunc morbum jamdudum intellexit Carolus V. Imperator. Hic, cum in conventu Ratisbonensi generosa essent vina, multique Germani ex computationibus assiduis extinguerentur, & Hispani ipsi sapius svaderent, ut huic malo pœnâ quâdam obviam iret: Quid faciam? respondit; doleo stultitiam meorum Germanorum, sed tam facile illud obtinero, ac si vobis Hispanis manus constringere velim, ne furentur. Chytr. *p. 3. Chron. Saxon. Lib. 19. p. 203. in orat. funebr. Car. V.* Quod nostris hisce temporibus verissimum adhuc deprehenditur. Non defuerunt laudatissimi Imperatores principes officio boni cujusque legislatoris. Non enim semel, non leviter, sed multoties, sed acriter in bibacitatem fuit constitutum. Commonstrant hoc saluberrimæ hac de re sanctiones, quas per abominandam in perversis moribus pertinaciam in desuetudinem abiisse bonus quisque dolet. Severè puniendam jubet ebrietatem Rec. Imper. *de 10. 1500. & 1512. tit. vom zutrincken. Reform. Policeny. Ordn. de anno 1530. 1548. 1577.* ubi modo pœna corporis, modo pecuniaria in violatores est statuta, cum quibus convenit passim die *Churs und Fürstl. Sächsis. Landes. Ordn. Churst. Policeny. Ordn. de*

de an. 1612. p. 70. n. 12. & novissime: Churf. Joh. Georg. II.
P. D. de ao. 1661. tit. 19. cujus verba lubet apponere, & sic se
habent: Weil das übermäßige Zutrincken gar zu gemein/
und fast kein Gast-Geboth anzutreffen ist / in welchem nicht
Gottes Gaben an Wein und Bier verschwendet / auch man
cher über sein Vermögen zu ganzen und halben zutrincken ge-
zwungen wird / dergestalt / daß solch Schwelgen / dadurch doch
mancher in Verderben Leibs / Guths und der Seelen geräth /
von einem Tage zum andern ein wüstes / tolles / Epicurisches
Leben führet / und Gottes gerechten Zorn verursachet / fast vor
keine Sünde / sondern vielmehr gleichsam vor eine Tugend /
Kunst und Tapfferkeit gehalten werden will ; Als soll hiez
mit alles übermäßige zutrincken Inhalts des Heil. Römis.
Reichs Constitution und unserer Landes-Ordn. gänzlich ver-
bothen seyn / auch bey keiner Gasteren über 10. Uhr Abends
zuverwarten nachgelassen / in Schenckhäusern aber niemand
im Winter über 8. im Sommer aber über 9. Uhr gedultet wer-
den / alles bey Vermeidung 20. Thlr. Straffe / so jedesmahl /
wenn obgesetzter maßen verbrochen wird / sowohl von dem
Wirth als Gast / fürnemlich aber deme / so andere hiez zu nö-
thigen will / unnachlässig eingebracht werden soll / Justinia- 14
nus Imperator conqueritur, quod largitiones, quæ fiebant
à Consulibus, eadem die ebrietatibus & potationibus expen-
derentur, nec domum quicquam reportaretur, ideoque ve-
tat posthac largitiones fieri hujusmodi in Nov. 105. cap. 2. §.
nullus autem. 3. Et eadem de causâ apud Gallos Edicto Re- 15
gis Francisci collegia artificum sublata sunt, ut notat Go-
thofr. ad d. §. 3. Porrò abrogatio obstagiorum in der Reform. 16
Policey-Ordnung. de ao. 1577. tit. 17. §. Wiewohl auch ic. & in
Const. 22. §. 2. §. Wir wollen auch ic. contenta nulla aliâ ex re
facta est, quam ut heluationibus, computationibus, com-
messationibus, quæ hac occasione frequentabantur, obex-
poneretur. Coler. de Proc. execut. c. 8. p. 2. n. 88. seqq. Moller.
E lib.



- 17 *lib. 3. semestr. cap. 30.* Et laudabile fuit institutum veterum, qui ebriosum ab officii publici administratione removerunt, ita, ut & Clericus, & Doctor Jctus, & Medicus, & Miles ab eorum muniis exercendis prohiberentur. Ripa *in l. fin. C. de revoc. donat. n. 72. seqq. Conf. Chassan. in consuet. Burgund. tit. des. justices. n. 5. & 17. vers. non debent. Zacch. loc.*
- 18 *sep. all. n. 48.* cum quibus quodammodo convenit Rec. Imp. Colon. de an 1512. Biewohl es in den vormahls gehaltenen Reichs-Tagen mehr denn einmahl verbothen / (potatio scil.) So ist es doch nicht gehalten worden / 2c. So soll solches 2c. in allen Landen abstellen / und das bey mercklicher hohen Poen verbiethen / und so die von Adel das nicht meiden wolten / daß denn wir 2c. dieselben scheuchen und an ihren Höfen und Diensten nicht halten / und so einer deswegen geuhrlaubet würde / so soll ihn kein ander Fürst oder Obrigkeit in ihre Dienste annehmen / die aber so geringes Stanz des wären / sollen sie an ihreu Leibern härtlich darumb straffen.
- 19 *fen.* Dicta sint hæc de jure humano, eoque Civili: Jus Canonicum non minus providum hac in parte reperitur, tam contra quosvis homines promiscuè, quam præcipuè contra sacerdotes. Sic Hieronymus ait *in can. 5. dist. 35. Venter mero astuans citò despumat in libidines & can. 6. Quicquid inebriat & statum mentis evertit, fuge similiter ut vinum. Nam vinum & ebrietas incendium est. Prosper. in can. seq. Luxuriam facit & nutrit vini perceptio nimia, non natura. Ulterius in can. 24. c. 11. qv. 3. cum ebriosis cibum sumere familiaritatemque ac consortium cum iis inire interdicitur. Imò vix pro iis, qui in ebrietate moriuntur aut peremti sunt, orare permittit ecclesia. cap. 1. X. de reliqv. & venerat. sanct. Ante omnia verò clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes ac nutrix est. Itaque is, quem ebrium fuisse constiterit, aut triginta dierum spatium à communione submovendus, aut corporali subdendus supplicio. can. fin. dist. 35. item: Clerici alex & ebrietati deservientes deponantur & excommunicen-*

nicentur, quod posterius ad laicos quoque spectat *in can. 1. dist. 35.* in cuius pœnæ locum suspensionem ab officio aut beneficio surrogatam esse apparet ex *cap. 14. X. de vit. & hon. Cler.* quam hodiernum observari non ambigo, siquidem ad consultationem Ministerii Evangelici in provinciis confœderati Belgii d. 15. Nov. 1617. respondit Fac. Theol. Wittenb. sequentem in modum: Zum andern/ was von euren allgemeinen Consistorio gegen den ander Prediger C.F. als gegen einen leichtfertigen ärgerlichen Trunckenbold mit einer suspension ab officio vorgenommen/ solches ist gleichfalls der Lehre Christi Matth. 18. ganz gemäß/ und hat sich gedachter F. über dasselbe auch in keinen Weg zu beschweren/ dabey wird diesen Anhang machen/ wosern F. mit Unbusfertigkeit und Ungehorsamb und mit Verachtung gegen dem Consistorio fortzufahren sich unterstehen würde/ daß gegen ihn auch alsobalden mit der gänßlichen remotion verfahren werden soll und müße.

Episcopus etiam sobrius sit non vinolentus. *dist. 44. in summ. 22*
 & per tot. ita ut ultra tertiam vicem poculum non contingat. *can. 9. d. dist. 44.* Hinc est etiam, quod Episcopus vilem supellectilem, & mensam ac victum pauperem habere debet. *can. 7. dist. 41.* Ziegl. ad Lancell. 7. 7. C. Lib. 1. tit. 12. §. 7. Honestæ tamen recreationes ecclesiæ ministris non sunt auferendæ, quia ad conservandam valetudinem profunt. Meisn. *de LL. Lib. 4. sect. 2. can. 42.* Nec ad sacerdotium promovendus, qui abstemius est, vinumque non bibit, siquidem ex quo horret, posset evomere sacramentum, *arg. can. 27. de consecr. dist. 2.* In 23
 fœminis omni tempore multò magis indecens visa fuit ebrietas. Sic enim inquit Syrac. *cap. 26. v. 11.* Mulier ebriosa ira magna: & contumelia & turpitude illius non tegetur & S. S. in Epist. Paul. ad Tit. *cap. 2. v. 3. 4. & 5.* Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino servientes: &c. Adolescentulas, ut viros suos ament, &c. modestas, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, ut non blasphemetur verbum Dei.



Ipsi gentiles tales fœminas ex horruerunt, quod innuit Ovid.

Lib. 3. de art. amandi:

Turpe jacens mulier multo madefacta Lyæo.

24 Cujus rei causâ lex lata fuit à Romulo in hæc verba: *Si vinum biberit domi, uti adulteram puniunt.* Et omnis vini usus fœminis fuit interdictus tam apud Romanos, ut tradit Dionys. Halicarnass. *lib. 2.* Polyb. *lib. 6.* cæterosque universim, Latinos. A. Gellius *lib. 10. Noct. Attic. c. 23.* Blondus *lib. 5. triumphantis Romæ.* Italos. Athenæus *lib. 10. cap. 13,* Milesios atque Massilienses. Ælianus *var. histor. lib. 2.* quod apud omnes penè gentes observatum fuit, ita, ut mulieres aut planè vini expertes essent, aut eo aquatissimo uterentur, quâ de re pervenustè vid. Tiraquell. *in IX. Leg. connub. n. 205. seqq. & XVI. n. 46. seqq.*

25 Moderno tempore eum, qui dies noctesque potui plus justo indulget, pœnitentiâ ecclesiasticâ coërcendum esse, delicti gravitas efflagitat. Müller. *de pœnit. ecclesiast. cap. 4. n. 74.* Atque sic in casu, ubi quispiam ebrietati nimium deditus, in dies turbas excitaverat, neque monitus à pastore ad meliorem frugem redire voluerat, ad consultationem: Ob N. mit gutem Gewißen vom Beicht: Stuhle und Heil. Abendmahle so lange abgewiesen werden könne / biß er auff gemeldtes Consistorii Anordnung per publicam deprecationem sich mit den beyden Kirch: Spielen N. und N. abgefunden? Respondit Rev. Fac. Theol. Lips. anno 1655. Soviel die merita anlanget / so hat er eurem Bericht nach die suspensionem & deprecationem

26 publicam wohlverdienet. Dedekenn. *in append. p. 553.* Et in foro Saxonico ebrietatem impunitam non relinqui comprobabat Carpz. *p. 3. qv. 146. n. 28. per responsum Scabinorum Lipsienstum de anno 1631.* quo pervicaci potatori sex dierum carcer, ubi pane & aquâ cibandus, pœnæ loco dictatur, cum comminatione, eum, nî decentius vivere incipiat, graviori animadversione, ad relegationem usque coërcendum esse. Sicut etiam

etiam iis, qui semper se inebriare solent, sicque moriuntur, 27
honestae sepultura denegatur. *Bechmann in Comment. ad ff. tit. de mortuo infer. n. 18.* *Conr. Lübben. in dissert. inaug. de eo quod justum est circa mortuos sub pres. illustr. Dn. Ziegl. Witteb. 1680. habit. th. 27.* Ex his itaque satis superque persuasum habeo, ebrietatem in se spectatam delictis haud iniquè connumerari.

Nec excusationem præbebit prava illa salutipotationum 28
consuetudo. Si enim vel maximè largiamur, eum, qui hoc modo ad bibendum invitatus quasi adigitur, veniæ quiddam mereri; majori tamen reprehensione digni sunt, qui ejusmodi persuasionibus utuntur ad alterum inebriandum. Nec non ea pars ebriosorum, qui summam gloriam exinde acquirere student, ac certamina instituunt ut ille, qui plus ingurgitaverit, maximâ laude dignus censeatur. Sicut etiam ii, qui summam alicui reverentiam exhibere putant, si magnum calicem pro salute ejus ebibant, licet illi nulla salus quam non antea jam habuerit, propterea contingat, cum maximo propriæ, tam mundanæ, quam æternæ salutis periculo. Nam ex intemperie nostrâ alterius salus non nascitur, nisi fortassis in quantum nimium potando filum vitæ nostræ abscindimus, ut citius nostras facultates alii consequantur, quomodo sentit *Liebenth. in Coll. Eth. Ex. 8. qv. 10.* *Add. Franc. a Victor. relat. de temperant. n. 15. p. 28.* Quod benè novit *Sereniss. Hassiæ Landgravius Mauritius* tali disticho commodum poculi foterici describens:

*Qui vult alterius chyathis haurire salutem,
Tale lucrum referet perdat ut ipse suam.*

Et *D. Ambrosius in lib. de Eliâ & jejuniis* morem huncce pessimum sequentibus increpans verbis: *Quid autem obestationes potantium loquar? quid memorem sacramenta, quæ violare nefas arbitrantur? Bibamus, inquit, pro salute Imperatorum: & qui non*

biberit, sit reus in devotione. Videtur enim non amare Imperatorem, qui pro ejus salute non biberit. O pia devotionis obsequium! Bibamus pro salute exercituum, pro comitum virtute, pro filiorum sanitate. Et hæc vota ad Deum pervenire judicant, sicut illi, qui calices ad sepulchra martyrum deferunt, atque illic in vesperam bibunt, & aliter se exaudiri non posse credunt. O stultitiam hominum, qui ebrietatem sacrificium putant, qui aestimant illos ebrietate placari, qui jejuniõ passionem sustinere didicerunt. Sed reprobata est hæc quoque ad potandum invitatio in Constitutionibus Imper. & Provincial. supra alleg. Quibus astipulatur Pontifex in cap. 14. X. de vit. & hon. Cler. ibi: Penitus illum ab usum decernimus abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus æquales, suo modo obligant potatores: & ille iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices profundiores exhaurit. Postquam verò eò ventum est, ut optanda magis quam speranda sit obedientia saluberrimis his legibus debita, pro alterius salute bibendum esse moderatè, nisi quis inhumanitatis, morositatis, arrogantia notam incurrere velit, autumat Liebenth. d. qv. 10. Dn. Simon. Disp. de jure poculor. cap. 5. vers. tertium. it. cap. 8. Cui & facile consentio, cum saluti potationes non in se sint illicitæ, si modicè fiant, & ita abusus quidem non tamen usus damnandus. Accedit, quod supra citatis locis non absolutè prohibeatur bibere in alterius salutem; sed id tantum ne ad æquales haustus constringantur reliqui. Interim nunquam laudabo illos.

Quibus hic mos est, magnis urgere culullis,

Et torquere mero, quos perspexisse laborant.

ut canit Horat. de arte Poëtica, nec qui ad excitandam voluptatem, hilaritatemque alterius, ebrietatem ipsi moliuntur; sicuti & ridiculum est argumentum illud, quo ab æqualitate in haustibus & poculis servata, ad fidelitatem in reliquis actionibus concludere volunt nonnulli. Vid. Wehn. in Observat. pract. verb. zutrinken.

De

De eo inter Dd. maximè controvertitur, num per 33
 ebrietatem delinquens ordinariâ, an verò extraordina-
 riâ pœnâ sit afficiendus, aliis illam; aliis hanc sententiam
 defendentibus; imò aliis ebrium à pœnâ planè absolventibus.
 Verùm ultimam hanc opinionem, utpote æquitati naturali
 minimè convenientem, atque in societatis civilis detrimen-
 tum directò tendentem, innumerisque sceleribus ac nequi-
 tiis fenestram patefacientem, responsione vix dignam judi-
 camus. Excepto unico casu, si nimirum absque suâ culpâ 34
 quis sit ebrius factus, Bouric. *in captiv. cap. 2. n. 32.* veluti, si
 focii ipso incio sal in vinum conjecerint. Jul. Clar. *recept.*
sent. Lib. V. §. fin. qv. 60. n. 12. Sebast. Med. *de casib. fort. p. 2. qv.*
5. n. 43. aut vitrum balsamo illiniverint, aut ad bibendum
 eum vi coëgerint. Qui pœnâ ordinariâ plectendum ebrium
 delinquentem contendunt, hisce nituntur fundamentis, (1. 35
 in prohibitione juris divini (2. in prohibitione juris humani, 36
 de quibus jam antea fufius actum fuit, (3. quia ebrietas est 37
 voluntaria insania Sen. *ep. 83.* adeoque duplici pœnâ digna.
 Aristot. *Lib. 2. Polit. cap. ult.* Barbos. *de offic. & potest. Episc. tit. 2.*
gl. n. n. 6. p. 1. Valent. Wint. *in Parthen litig. Lib. 2. cap. 9. n. 30.*
 Caballin. *resol. crim. cent. 3. cas. 297. n. 8. 9.* ubi plures recenset,
 quæ etiam (4. constituta reperitur in Edictis Caroli V. Imp. 38
 ao. 1531. promulgatis & in *RA. zu Speyer de Ao. 1570. sub tit.*
Reuterbestallung §. 50. quæ hujus est tenoris: Es soll durch
 den Feld-Marschalch in allen Mißhandlungen/ so voller Weise
 durch Herren/ Junckern/ Knecht/ Groß- oder Kleinhanß ge-
 schehen/ und straffbar sind/ die Trunckenheit zu keiner Entschul-
 digung oder Milterung der Straffe angezogen oder angesehen/
 sondern vielmehr solche Verbrechen desto schärffer/ schwerer/
 auch gedoppelt gerechtfertiget/ und gestrafft werden/ cum qui-
 bus convenit ordin. Cur. Witteb. *part. 3. tit. 25.* Es soll in
 Schmach und Schläghändeln die Trunckenheit zu keiner Ent-
 schuldigung verdienter Straffe fûrgewandt und angenommen/
 beson-

besondern gedoppelt und dergestalt gestrafft werden/ daß man
 niql. verstehen möge/ daß die Trunckenheit nicht die wenigste
 39 Uhrsach der erkandten Straff gewesen/ sicuti etiam (5. duplex
 hic occurrit delictum, quoniam maleficus in legem prohibi-
 tivam sese inebriando non solum committit, sed & in eâ aliud
 perpetrat delictum; aut certè culpa illud præcedit, Lud.
 Montalt. *de reprob. sentent. Pilati. dub. 1. n. 4. Tr. Tr. Vol. XII. Ca-*
ballin. de omnigenere homicid. n. 188. quæ tum semper est no-
xia. l. 6. C. ad L. Jul. de vi publ. l. 30. §. 3. ff. ad L. Aquil. l. 27. §. 9.
& 33. eod. cap. un. X. de commod. cap. 2. X. de depos. Rol. à Valle
consil. 81. n. 53. vol. 1. Damnum enim quod quis suâ culpa
sentit, non sentire videtur. l. 203. ff. de R. J. l. 15. ff. si quis omiff.
caus. test. maximè, cum magna culpa dolus dicatur, in l. 32. ff.
 40 *depos. l. 226. ff. d. V. S. & (6. is, qui ultrò voluit usurpare illa,*
 ex quibus obnubilationem mentis orituram norat, censetur
 etiam in ea consensisse, quæ inde erant consecutura. Pufend.
de J. N. & G. Lib. 3. cap. 6. n. 4. imò, qui sponte contraxit ebrie-
 tatem, siquidem ipsius effectus apud se notos habebat, aut
 præsumere poterat, non magis sibi per eam commissa delicta
 ne imputentur postulare potest, quam queri de imbre in
 domum descendente, qui tectum suum ipse per petulantiam
 dejecit. Id. *d. tr. L. 1. c. 4. §. 8. Et qui per ebrietatem alteri vim in-*
fert, non magis excusari potest, quam qui misso lapide alium vulnera-
vit; si ideò veniam postulet, quod semel projectum lapidem non po-
tuerit revocare, aut continere amplius, quia licuit ei ab initio non proj-
cere, nec in ebrietatem incidere, ait Petr. Ærodius rer. judicatar.
 41 *lib. 10. cap. 13. (7. quia ebrius sic sentiret commodum aliquod*
 ex ebrietate. Malitiis verò indulgendum non est. *l. 38. ff. de*
R. V. nec maleficia impunita esse oportet. l. 51. ff. ad L. Aquil.
 quæ nemini patrocinantur. *l. 7. §. 22. ff. de interd. & releg. Nec*
 debemus materiam peccandi malis moribus præstare. *l. 1. ff.*
ad Sct. Maced. Et nulla ad exercendam animi obstinatoris
 dementiam debet patere occasio. *l. 2. pr. C. de summ. Trin.*
 (8.

(8. Quia proximus sic afficeretur injuriâ, & ebrietatis alienæ 42
 pœnam sustinere deberet. Non autem debet alteri per alte-
 rum iniqua conditio inferri. *l. 63. ff. de re jud. l. 74. ff. de R. J.* Et
 licet nemo cogitur alteri prodesse, obesse ramen vetatur. *l. 2. §.*
5. ff. de aqv. & aqv. pl. arc. nec debet nocere factum alterius ei,
 qui nihil fecit. *l. 5. §. 5. ff. de nov. op. nunc.* sed pœnæ suos tene-
 ant autores. *l. 26. ff. l. 22. C. de pœn. l. 33. C. de inoff. test. cap. 22. de*
R. J. in 6. Conf. Gudel. de jur. nov. Lib. 5. cap. 14. vers. cum ebrie-
tas. Harpr. ad §. 5. J. de publ. jud. n. 287. seqq. Reink. de R. S. & E.
Lib. 2. cl. 1. c. 8. n. 32. seqq. Liebenth. in Coll. Eth. Exerc. 8. qu. 6.
Treutl. vol. 2. Disp. 32. th. 6. lit. e.

Illi è diverso, qui propter ebrietatem pœnam mitigan-
 dam censent, quorum sententiæ nos quoque subscribimus,
 fortioribus pugnant argumentis. Certum enim est (1. in de- 43
 lictis non tam exitum quam voluntatem spectari. *l. 1. C. l. 1. §.*
13. l. 14. ff. ad L. Corn. de sicar. l. 5. C. de injur. neque tam factum
 quam consilium, h. e. animi propositum, & voluntas ejus,
 qui delinquit, aut effectus in delicto puniendo consideratur.
arg. §. 7. J. de obl. que ex delicto nasc. l. 50. §. 2. ff. de furt. l. 34. pr.
ff. d. O. & A. l. 41. §. fin. ff. ad L. Aquil. Nam maleficia proposi-
 tum & voluntas distingvit. *l. 53. pr. ff. de furt. arg. l. 33. de injur. l.*
3. §. 6. ff. de tabb. exhib. & quod fraudandi animo quis non fa-
 cit, delictum non est. *arg. l. 25. §. 2. ff. de furt.* imo nec factum
 quæritur, sed causa faciendi. *l. 39. eod.* quomodo qui scortum
 alienum surripuit, furti non tenetur. Causa enim faciendi
 libido fuit, non furtum. *d. l.* Quicumque autem impetu quid
 facit, ut ebrius, is id ipsum non potest facere ex proposito &
 dolo, cum hæc sint disparata. *l. 11. §. 2. ff. de pœn.* Et quæso 44
 id fieri posset ab eo, qui mentis patitur exilium? *cap. 14. X. de*
vit. & bon. cler. cumque non sit animus in suâ potestate ebrie-
 tate devinctus. *Sen. ep. 83.* unde ebrii comparantur furiosis &
 dementibus. *can. 5. & 6. dist. 35.* Blancus in *tr. crim. §. ebrius.*
 Nellus in *tr. ad defensam. cap. 1. n. 44.* Ripa in *l. is cui bonis 6. ff.*
 F d. V.

d. V. O. n. 21. infantibus, Gædd. de C. & C. St. c. 7. concl. 11. n. 9.
 imò bis pueri dicuntur, Steph. Guazz. de civil. conv. in conviv.
 Casal. absentibus, juxta illud Publii Mimi: *Absentem ledit, qui
 cum ebrio litigat*; ignorantibus. can. 7. c. 15. qv. 1. cujus hæc
 sunt verba: *Sanè discimus vitandam ebrietatem, per quam crimina
 cavere non possumus. Nam que sobrii cavemus, per ebrietatem
 ignorantes committimus. Nesciunt quid loquantur qui nimio vino
 indulgent, jacent sepulti &c. & planè mortuis.* Sebast. Medi-
 ces tr. mors omnia solvit. p. 1. n. 114. in fin. Infans autem & furio-
 sus non tenentur, si deliquerint, l. 14. ff. ad L. Corn. de sicar. junct.
 l. pen. §. fin. ad L. Pompej. de parric. absentes, ignorantés & mor-
 tui an & quatenus delicta perpetrare possint, neminem potest
 45 latere. Confirmat (2. sententiam nostram l. 6. §. 7. ff. de re
 milit. ubi expressè dispositum reperitur: per vinum aut
 lasciviam lapsis capitalis pœna remittenda est, & militiæ mu-
 tatio irroganda, & l. 12. pr. ff. de custod. & exhib. reor. ibi: & ita
 demum afficiendos supplicio milites, quibus custodiæ evase-
 rint, si culpa eorum nimia deprehendatur, alioquin pro mo-
 do culpæ in eos statuendum. Si tamen per vinum aut defi-
 diam custodis id evenerit, castigandum eum, & in deterio-
 rem militiam dandum. Quibus non adversatur, quod hæc le-
 ges de militibus duntaxat sint conceptæ, quin potius majus
 robur addit, siquidem, ut postea pluribus dicitur, in militi-
 bus severiori fortè castigatione opus est, quam in quibusvis
 aliis. Præterea certum est, quod, ubi eadem obtinet ratio, ibi
 idem quoque jus sit statuendum. l. 32. ff. ad L. Aquil. junct. l. 17.
 l. 19. ff. de LL. l. 6. §. 1. ff. de V. S. Generalius loquitur can. 7. c. 15.
 qv. 1. ibi: *id eòque, si quâ per vinum deliquerint, apud sapientes ju-
 dices veniâ quidem facta donantur, sed levitatis damnantur autores.*
 46 Accedit (3. quod quælibet causa, etiam injusta, delinquen-
 tem à dolo & malitiâ excusare possit, maximè quoad pœnam
 mitigandam. l. 12. §. 3. ff. de lib. caus. l. 46. §. 7. de furt. Ludolph.
 Schrad. in miscell. cap. 16. tit. injusta causa an à pœnâ excuset. vers.
 aut

aut probatur illam causam exitisse. Jac. Schult. in addit. ad Mod. Pift. p. 3. qv. 104. n. 8. in fin. Ægyd. Bossi, in pr. crim. tit. de decreto Mediolanens. n. 19. Tiraquell. in tr. de pen. temper. caus. 43. n. 1. Gvid. Pap. consil. 31. n. 24. Et jura semper proniora sunt ad absolvendum, quam ad condemnandum.

Nec quicquam movent rationes in contrarium allatae, quæ facili labore possunt subverti. Resp. enim (1. prohibi- 47
tionem juris divini constituere quidem ebrium in peccato, unde fluit, à magistratu Politico in ebrietatem rectè animadverti, non tamen sequitur exinde ebrium delinquentem ordinariâ pœnâ afficiendum. Ad hoc enim requiritur, ut delictum ex animi intentione & proposito processerit. Eodem, 48
modo (2. comparatum est cum prohibitione juris humani in Recessibus Imperii & constitutionibus provincialibus passim contenta. Quoad (3. conceditur quidem, ebrietatem, quæ 49
ex habitu potius, quam ex accidenti contingit, esse voluntariam insaniam, non tamen delictum in eâ commissum voluntarium dici posse, cum ebrii voluntatis deliquium, & rationis extasin patiantur. Et notandum, quod in delicto ab ebrio commisso tres sint spectandi actus seu eventus, (1. potatio, (2. ebrietas, (3. delictum in eâ commissum. In primum actum fertur voluntas directè, in secundum & tertium indirectè & per accidens. Ad constitutiones pro stabiliendâ contrariâ 50
sententiâ adductas respondetur (4. eas de levi tantum & affectatâ; non de enormi & improvisâ ebrietate esse intelligendas. Semper enim id legislator voluisse præsumitur, quod est æquius & benignius. l. 8. C. de judic. l. 90. ff. de R. J. ibique Ludw. n. 7. seqq. & nisi verba expressa refragentur, omnis constitutio secundum juris communis dispositionem exaudienda & explicanda. l. 11. §. 1. ff. de mun. & bon. l. 32. ff. de pecul. Et æquitas semper præferenda rigori & subtilitati juris l. 61. §. 6. ff. de furt. l. 2. §. 6. de aqu. & aqu. pl. arc. l. 20. de R. C. Prætereà all. Rec. Imp. de 20. 1570. & Ordin. Cur. Wittenb. speciales continent
F 2 casus.

casus. Loquitur enim ille solummodo de coercitione militum per ebrietatem delinquentium, idque ex speciali ratione. Nam ubi majus versatur præjudicium, ibi cautius agendum, & severius transgressores legum sunt puniendi. Jam verò in bello magnum versatur Reipubl. periculum, quod per ebrietatem militum ei accidere posset. Et eò spectat fortasse illud: *in bello semel errare satis esse*. Hæc, ordinatio scil. in rixas saltem contentionesque verbales juxta ac reales est concepta. Et, si vel maximè largiamur, hæc constitutiones generalissimas esse, ac proinde in universum omnes tenere, nihilominus assertio nostra firma manebit, ac stabilis, cum nobis quoque ipsis convenientissimum justitiæ videatur, ebrium maleficum duplicis pœnæ reum fieri, ita tamen, ut delictum ab eo admissum non ut dolosum, verum pro ratione circumstantiarum ut culposum, secundum arbitrium judicis; ebrietas verò juxta modum in lege præscriptum puniatur. vid. Panorm. *in c. 1. col. 2. X. de maled.* Luc. de Penn. & Joh. de Plat. *in l. 1. de erog. milit. annon. Lib. 12. C. tit. 37.*

51 Quo ipso simul concidit, quod sub num. (5. supra fuit oppositum. Licet etiam ebrius culpâ suâ inebrietur, illa tamen culpa non est causa proxima delicti, sed remota. Nam illa culpa fuit causa ebrietatis: ebrietas verò delicti. Petr. à Plaza *epit. delict. cap. 30. n. 3.* Ex eo autem solo quod quis nimium hauriendo intellectum sepelivit, non tam in culpâ malitiæ, quam imprudentiæ & negligentiam videtur esse constitutus, quam distinctionem suppeditat *l. 91. §. 1. ff. de V. O.* Molin. *de J. & J. Disp. 293. n. 5. in fin.* Zas. *Lib. 1. singul. respons. cap. 2. n. 11.* Gædd. *ad l. 213. §. 2. ff. de v. 5. n. 1.* Conf. Eund. *ad l. 223. & 226. eod.* Et non semper latam, sed quandoque levem, aut planè nullam culpam contrahere potest. Notum verò aliàs est, latam culpam in contractibus tantummodo, & quibusdam delictis quoad pecuniarium interesse, juris interpretatione dolo æquiparari, & quoad effectum juris doli appellatione

tione comprehendi, *arg. l. 1. §. 5. ff. de O. & A. l. 8. §. 3. ff. de precar. l. 1. §. 1. si mens. fals. mod. dix. l. 1. §. 2. ff. si quis test. lib. esse juss. est.* Quod verò (6. adversariorum argumentum attinet, non videò, cur non ea, quæ in materiâ obligationum itidem habet ipse Pufend. *de J. N. & G. Lib. 3. cap. 6. n. 4. Plerosque nimirum, qui vino se obruunt non id spectare ut usus rationis tollatur, sed ut eodem ad letitiam excitentur: priorem autem effectum ferè præter intentionem obrepere, dum huncce nimis incautè persequuntur: delictis quoque applicari possint, non quidem ad eum effectum, ut eorum pœnam extinguant, certè ut minuant. Ebrietatis enim effectus ordinarius non est delictum, sed rationis caligo, unde quidem hunc: non verò illum, quodammodo prævidere ac præsumere quis potuit. Alia igitur ratio est ejus, qui tetum suum destruxit, aut qui ad alterum vulnerandum lapidem projecit, ex quorum quippe factis immediatè sequitur ille effectus, quem secuturum nescire nequiverunt. Nihil operatur (7. quod sic maleficus ex ebrietate commodum sentire videatur. Quis enim nescit, quanta mala secum ferat ebrietas, quæ unius horæ hilarem insaniam longi temporis tædio pensat, ut ait Sen. *ep. 59.* Plura ejusdem incommoda eleganter depingit Palingenius in scorpio:*

- - - - - *arbitrium dic est ubi, postquam
Ebrietas caput invasit, fumisque replevit,
Sobrius arbitrium tenet ac jejunos agitque
Id quodcunque jubet ratio: contra ebrius illa,
Quæ nollet, nescitque, facit, mox pœnitet, in se
Quum rediit, multoque dolet sua facta pudore.*

& in geminis:

*O fœda ebrietas, animi lethum: ô vitiorum,
Nutrix ac scelerum: quid non mortalia cogis
Pectora? quid per te, non audent? jurgia, lites,
Prælia dum moves, & gaudes sanguine fuso,*

F 3

Per

*Per te occulta patent, animum, linguamque resolvit:
 Te fugiunt metus atque pudor. Vitate pudendam
 Hanc pestem, ô miseri, quos facit esse furentes
 Nec minus insanos reddit, quam mater Orestem
 Sordidior quæ res, quæ bellua vilior est quam
 Ebrius? Hic epulas, quas non multò ante voravit
 Evomit, atque mero putet: tremit ille caditque
 Sæpè caput frangens oculosque aut crura: loquendo
 Balbutit, nec habent ullum verba edita sensum:
 Multa facit, multa & dicit, quæ mox, ubi nubes
 Discussa est, rediitque jubar, damnantur ab ipso
 Autore: unde rubet factis infectaque vellet.*

Et quilibet profectò, meâ quidem sententiâ, commodum
 illud, quo in irrogatione pœnæ pro delictis in ebrietate com-
 missis fruitur, alii cuivis facile relinquet. Nec mitius proce-
 ditur erga talem propter ebrietatem, ita, ut ipsi hæc patrocini-
 um præstaret, sed propter absentiam quasi seu privationem
 atque defectum iudicii ac voluntatis. Nam, ut canit Poëta:

*Fœcundi calices quem non fecere disertum?
 Insurgunt rixæ, tunc pauper cornua sumit,*

& lib. 1. ep. 5.

*Quid non ebrietas designat? operta recludit,
 Spes jubet esse ratas, in prælia trudit inermem.*

Porro vinum oblivionem parere & ebrii ac bibuli immemores
 legum dicuntur. *gl. in l. fin. in verb. quarere C. in quib. caus. in-
 integr. restit. non est nec. ibi: Biberat hic Justinianus, & non recor-
 dabatur de illis legibus.* Denique ad (8. rehero: læsum ab ebrio
 non sustinere pœnam lædentis. Nam injuria ipsi illata pœnæ
 nomine non venit, nec potest, etiamsi de nocente acerrima
 sumatur pœna, factum infectum fieri. Neque etiam hoc pa-
 cto melius ipsi erit consultum, cum pœna unius non debeat
 esse alterius præmium. *l. 15. pr. ff. de SCt. Silan.* Latius hac de
 re

re vid. Salic. in l. 1. C. de scar. Bart. in l. 11. §. 2. de pœn. Rom. in l. 1. pr. ff. d. V. O. n. 9. Farin. qv. 97. n. 14. seq. Carpz. pr. crim. qv. 146. per tot. Mev. Part. 6. decis. 86. n. 10. P. Gregor. Tholos. S. 7. II. Lib. 33. cap. 12. n. 13.

Quæ hætenus dicta sunt, eousque vera sunt ac certa, ut procedant, etiamsi statuto cautum sit, quod delinquens 55 nullam consequi debeat misericordiam. Butrio in cap. 2. X. de maledic. Menoch. de arbitr. jud. quest. cas. 326. n. 5. Farin. qv. 97. n. 8. 10. 11. etiam in ebrioso, quicquid contra dicant Gail. Lib. 2. 56 obs. 110. n. 26. Bocer. cl. 4. Disp. 4. th. 22. Wehn. in obs. pract. voce: zutrincen. Meier in C. 7. A. tit. de injur. §. 30. n. 3. Nam causa pœnæ ordinariæ est dolus, non culpa: mitigationis verò defectus rationis & voluntatis, quæ ratio etiam in ebrioso militat, qui æquè ac ebrius orbatus est ratione. Richt. Lib. 1. decis. 1. n. 174. Eoque magis ignoscendum est ei, qui alias à viniim- 57 modicâ potatione abstinuit. Carrer. in pr. crim. tr. de homicid. §. 3. n. 7. Bertaz. consil. 26. n. 2. & seqq. & qui ebrietate ces- 58 sante malè contentus est, & condolet super delicto in ebrietate commisso. Gilhaus. in arb. jud. crim. cap. 5. ramusc. 3. n. 425.

Non tamen præcisè excusatio ebrietatis est attendenda, 59 sed circumstantiarum, an principales sint nec ne, potissima habenda est ratio. Quarum ut plurimum, & ipsius præcipuè facti, ebrios crimine peracto meminisse, ex variis ipsorum depositionibus: Daß sie sobald die That verübet / ganz wieder nüchtern worden / satis constat, teste illustri Dn. Stryck. de jur. sens. dissert. 9. cap. 2. n. 43. Quamvis ne quidem ex hoc fundamento ad condemnationem in pœnam ordinariam deveniri posse existimem, cum sufficiat, quod quis in facto ipso mentis deliquium sit passus, & subita sensuum ex horrore transmutatio satis sit indicio, eum facti seriò pœnitere, & hoc forte haud contigisse, nisi quis ex rationis naturalis alienatione ad flagitium fuisset protrusus.

Sed hæc omnia ita sunt accipienda, ut obtineant non in ebrie-

- 60 ebrietate modicâ, quippe quæ planè non juvat delinquentem. Joh. Volk. *Bechmann in Comment. ad ff. Tit. de priv. delict. n. 54.* Carpz. p. 4. C. 12. d. 10. sed enormi solummodo Jd. p. 4. C. 1. def. 4. n. 4. Consult. Saxon. Lib. 5. qv. 124. Modest. Pistor. *Consil. 26. n. 52. & 53.* Maurit. p. 2. *consil. Kilon. 9. n. 11.* Berlich. p. 4. *concl. 1. n. 99.* ubi sequens affert responsum à Scab. Lips. ad consult. Senat. Mulberg. M. Octbr. 1576. datum: Sie könten denn wie recht erweisen / daß sie also truncken gewest / daß sie von ihren Sinnen und Vernunft nicht gewust / und übriges Truncks halber derselben nicht mächtig gewesen / auff solchen Fall erginge alsodann wegen der Linderung ihrer Straffe ferner was
- 61 recht ist / *B. N. W.* Porro dolosa & affectata ebrietas nullatenus excusationem præstat, sed eâ non attentâ reus ordinariè plectitur. Bonif. de Vitallin. *in tit. de insult. & percuss. n. 48. vers. item in ebrioso.* Damhoud *pr. rer. crim. cap. 86. n. 18.* Richt.
- 62 *Vol. 1. p. 5. consil. 6. n. 43.* Nec locus est regulæ in eo, qui sciens se solitum in ebrietate delinquere & alios percutere ac offendere, nec sibi posse temperare, & a rebus venereis abstinere, immodicâ vini potatione sese obruit, nam & tum pœnâ ordinariâ afficiendus est. Marc. Ant. Planc. *in pr. crim. §. ebrius. n. 22.* Petr. a Plaza *in epit. delict. lib. 1. cap. 30. n. 3.* Carpz. p. 3. qv.
- 63 *46. n. 58. seq.* *Bechmann ad tit. de pœn. n. 31.* idem dicendum, si manifestè non constet de ebrietate delinquentis. *Cz. l. c. n. 60.*
- 64 Hucusque de delictis in genere egimus: nunc de communioribus in specie est dicendum. Ubi discrimen nonnulli faciunt, an ea ita sint comparata, ut per pœnitentiam revocari possint, (quo referunt injurias verbales) nec ne? Et huc spectant: Homicidium, Adulterium, Stuprum &c. In illis omninò: in his verò neutiquam molliendam pœnam afferentes. Chr. Phil. Richter *Lib. 1. decis. 1. n. 173.* Sed quam parum hæc distinctio in praxi applicari possit, & soleat, ex postea dicendis facilè apparebit. Jam ad rem ipsam accessum facio.
- Et

Et primum quidem de injuriis, quarum inter potandum fre- 66
quentior solet usus existere, videbimus. Ita est, *pate quis in-*
juriam, etiamsi non sentiat, potest facere nemo, nisi qui scit, se inju-
riam facere. l. 3. §. 2. ff. de injur. Sanè sunt quidam, qui facere non pos-
sunt: ut puta furiosus, & impubes: qui doli capax non est. Namque
bi pati injuriam solent, non facere. Cum enim injuria ex affectu fa-
cientis consistat: consequens erit dicere, hos sive pulsent, sive convi-
cium dicent, injuriam fecisse non videri. d. l. §. 1. Quis itaque dubi-
tabit, utique & ipsum doli incapacem & pati quidem injurias:
inferre non posse. Strauch. injur. Justin. Diff. 19. th. 13. Jul.
Clar. recept. sentent. lib. 5. §. fin. qv. 60. n. 12. in not. Conf. Perez.
ad tit. C. de injur. n. 3. Et quantumvis nonnulli distingvant, 67
inter injurias verbales & reales, in illis ne quidem injuria-
rum actionem contra ebrium intentari posse: in his verò mi-
tius cum eo agi debere judicantes. Jac. de Bellovisu in pract.
crim. rubr. de injur. vers. sed nunquid contra ebriosum. n. 15. Joh.
Fichard. conf. 58. in fin. item in leviores, & atrociores. 68
Peck. ad cap. sine culpâ. de R. f. in 6. n. 24. Bart. ad l. 11. §. pen. ff.
de pœn. Wesenb. ad tit. de privat. delict. n. 4. Verius tamen vi-
detur, injurias per magnam ebrietatem illatas mitius punien-
das esse indistinctè. Cœppen. obs. pr. Lib. 2. O. 82. n. 2. seq. Hier. Ma-
gon. Decis. 26. n. 11. seqq. Henning. Gœden. conf. 31. n. 11. Licet 69
enim graviores fuerint, verberaque ac vulnera per pœniten-
tiam non tollantur; Subest tamen eadem ratio, & læsio qui-
dem superest, sed non injuria, quæ sine dolo & animo inju-
riandi committi non potest. Malcomes. ad Wesenb. tit. de in-
jur. n. 4. maximè si post crapulam edormitam eum pœnitue-
rit. Secus ergò, si experge factus gloriatur, adeoque eum, 70
facti non pœniteat, quia ex subsequatâ ratificatione apparet,
quod eodem modo deliquisset, si ebrius non fuisset. Bron-
chorst. Cent. 4. qv. 83. Carpz. p. 3. qv. 146. n. 55. In dubio, & si 71
fortasse injurias quis neget, aut ea, quæ in ebrietate gesta
sunt,

G

sunt,

- sunt, nescire se prædat, defertur ipsi juramentum purgatorium. Gail. *Lib. 2. obs. 106. n. 4.* Mynsing. *resp. 51. n. 12. seq.*
- 72 Carpz. *p. 2. qv. 26. n. 21. seqq.* quod si præstare non possit, pro re natà nec à palinodiâ seu recantatione se liberare poterit. Id. *d. l. n. 21. 22. 23.* ubi responsum Scab. Lips. ex quo apparet, illud juramentum non de injuriis ipsis, sed de ebrietate concipi: v. g. Er darff nicht schweren: Er habe N. keinen Schelmt geheißen; sondern: Er sey so truncken gewesen/dasß er von seinen Sinnen nicht gewußt. Dictum supra est ebrium injurias pati posse, undè injuriarum actionem ipsi competere nullus dubito: Hoc adhuc quæro: num, si ebrius conviciis laceratus statim retorsit, injuriarum agere possit? Videtur quod sic, quia retorsio nihil aliud est, quam injuriarum compensatio, eas verò facere non potest ebrius: Sed hoc non obstante actionem ebrio denegari contendo ex eà ratione, quia odiosa restringenda potius sunt quam amplianda. Quod si è contrario alter injuriis ab ebrio impetitus retorsione mox fuerit usus, expeditum est multò magis, neutrum teneri. Laudi tamen erit sobrio, si intuitu ebrietatis, & ad vitandum majus malum ebrio aliquid condonaverit.
- 74 Idem juris esse in damno injuriâ dato, adeoque ebrium damnificantem L. Aquiliâ non teneri colligo ex *l. 5. §. 2. ff. de L. Aquil.* ubi de furioso & infante est quæstio. Cui non obstat, quod in actionem L. Aquiliæ veniat quoque culpa levissima. *l. 44. pr. ff. eod.* Respondetur enim ebrietatem ipsam non esse culpam, etiam si in eâ contrahendâ culpa non possit purgari. Necessè verò est, ut ex culpâ per se damnum veniat. *arg. l. 29. §. pen. inf. l. 30. §. pen. & fin. §. 4. & seqq. f. d. r. Medices rr. de casib. fort. lib. 1. cap. 11. n. 10. & cap. 16. n. 46. Gail. Lib. 2. O. 22. n. 7. Et quenam in eo culpa sit, cum sue mentis non sit. d. l. 5. §. 2. eod.*
- 75 In furto in ebrietate commissio poenam itidem mitigari posse

posse autor est Tabor *in analyt. exposit. art. 164. Ordin. Crim. racemationib. criminalib. annexâ, edit. Argent. de anno 1651. p. 533. seq.* quod eo lubentius concedo, cum aliàs in furti crimine iudicem clementiæ non facilè pœnitere debeat, ut ait Dn. Brunnem. *in Proc. crim. cap. 9. n. 86.* Distingvendum autem, an quis 76
sobrius factus rem furtivam domino restituerit, & errorem excusaverit; an vero post ebrietatem hoc non fecerit, & sic reipsâ furtum rati habuerit, ut illo casu nullâ sit afficiendus pœnâ : hoc verò omninò, Bonifac. *de furt. §. 10. n. 152. seqq.*

Nec rapinam à regula excipiendam esse constat ex præ- 77
iudiciis à Carpz. *p. 3. qv. 146. n. 44. & 45.* adductis, in quibus, pœna rotæ ordinaria in fustigationem cum perpetuâ relegatione transmutata legitur.

De homicidio frequentissima est quæstio. Sed hanc 78
quoque regulæ nostræ subjacere dubio caret. *arg. l. 14. ff. ad L. Corn. de sicar. Angel. Aretin. de malefic. verb. scienter & dolose. n. 14. Anton. Faber. in Cod. Lib. IX. tit. 10. d. 7. Besold. in thes. pract. voce: Trunckenheit.* Nam & tum extraordinariam pœnam locum habere, veluti fustigationis cum perpetuâ relegatione, vel relegationis temporariæ, comprobant responsis Scab. Lips. de anno 1606. & 1608. Fac. Jurid. ibid. de anno 1631. & Jenens. de anno 1666. Carpz. *loc. sep. all. n. 42. 43. & Bechmann ad tit. de pœn. n. 29. nec non ad tit. de priv. delict. n. 53.* vel etiam alterius arbitrariæ, veluti homicidam, qui vino graviter oppressus fuerat, Genuæ decem annorum carcere, & quod imposterum non biberet vinum, punitum esse testatur P. J. Ancharan. *Lib. 2. qv. 13. n. 5.* Quæ tamen omnia de enormi sal- 79
tem ebrietate accipienda, ut docet prælaud. Carpz. *d. l. n. 48. usque 55. & p. 4. C. 12. d. 10. Richt. Vol. 2. consil. 348. n. 18.* ubi ad requisitionem des Rathes zu Mühlhausen M. Jan. 1646. hunc in modum contra Curth Leubling von Hagen à Coll. Jur. Jenens.
G 2

nens. pronunciatum refert: daß C. L. solcher verübten Entleibung wegen/ seiner darwieder angezogenen Trunckenheit (weil dieselbe nicht so übermäßig gewesen/ daß er dadurch seiner Sinnen beranbet worden/ indem er selbstem guten theils weiß und berichtet/ was er gethan/) ungeachtet/ mit dem Schwerdt vont Leben zum Tode zurichten und zubesstraffen/ B. N. W. quâ in parte sibi ipsi contrarius est Dn. Richter, cum hoc delictum per pœnitentiam revocari nequeat, vid. Ejusd. *supr. all. Dec. 801. Lib. 1. n. 173.* Veruntamen hoc pio judici, quem in homicidio rigoris non facilè pœnitere decet, ex laudatissimâ Dn. Brunnem. sententiâ in *Proc. crim. cap. 9. n. 86.* probè observandum, ne nimis mitem se hoc casu præbeat. Graviter enim reprehendit facilitatem Jctorum ex hac causâ homicidas à pœnâ ordinariâ absolventium. Jd. *ad l. 6. §. 7. ff. de re milit.* Sic si quis veteris inimicitiae memor interficiat alium per sclopetâ ad offensionem parata, non arguit hæc ebrietas plenum mentis exilium. Jd. *d. l.* Et ingenere, quando quis propositum occidendi fovens ebrius factus in effectum illud deduxerit, non obstante ebrietatis exceptione, in capitalem pœnam est condemnandus. Cz. *qv. 146. n. 56. seq. Bechmann ad tit. de pœn. n. 30.*

83 Extendunt se dicta etiam ad parricidium. *vid. l. pen. §. fin. ff. de L. Pompejâ de parricid.* Quemadmodum Dan. Moller. *ad const. 3. p. 4. n. 28.* ex Alexandro Raudensi refert, in Ducatu Mediolanensi Nobilem quendam, qui per ebrietatem uxorem suam interfecerat, cum eam probasset, & remissionem à focru impetrasset, à Senatu absolutum fuisse. Etiam si verò apud nos parricida plenam pœnæ remissionem nequaquam obtinebit; eandem tamen mitigari, & ex culeo in pœnam gladii commutari, & in hanc sententiam non semel pronunciatum fuisse, testis est Carpz. *pr. Crim. p. 1. qv. 18. n. 43. & 44.*

84 Avtochirum quoque, qui in ebrietate sibi ipsi manus violenten-

lentia intulit, à sepulturà ecclesiasticà non esse arcendum, ex
rationibus supra latè deductis commotus cum iisdem limi-
tationibus affirmat Balthas. Gomez in *tr. de potestate in seipsum*.

Lib. 1. cap. 22. n. 17. 18. 19. 20.

Sed an contra ebrium, qui te per vim invadit, te de- 85
fendere, vim vi repellere, & servato inculpatæ tutelæ mode-
ramine illum interficere impunè possis? alia planè ac separata
nascitur quæstio. Videtur quod non, (1. quia non videtur inju- 86
ria à temulento tibi facta, & (2. si qua facta fuerit, morte non e- 87
rit vindicanda, quando quidem talis, etiam si te peremerit, ordi-
nariè non foret puniendus, cui etiam quadriga onusta de viâ
decedere debet. Pruckmann. *consil. 15. n. 70. vol. 2.* (3. non de- 88
bes tibi ipsi jus dicere, sed contra ebrium coram magistratu
experiri. Sed præsuppositis iis quæ circa necessariam defen-
sionem in genere observanda veniunt, hic verò latius exequi
officii nostri non est, respondeo ad (1. licet in ebrio non sit, 89
injuria formaliter considerata, adest tamen ea materialiter,
Dn. Lederer *de jur. bell. priv. Lib. 2. cap. 5. n. 11. 12.* seu vis, quam
(2. vi repellere licet ad defensionem. *l. 1. C. unde vi. l. 12. §. 1. ff. 90*
quod met. caus. Et sufficit omninò vim, seu factum violentum
reverà præcessisse, propter generalitatem *l. 3. ff. de 7. & 7. ibi:*
quod quisque ob tutelam sui corporis fecerit, id jure fecisse existima-
tur. vid. *ad eand.* Francisch. Curt. quæ non solum contra ag-
gressorem deliberato animo offendentem, sed & contra eum,
qui sine lædendi proposito vim infert, militat. Ayres. *de ho-*
mucid. necess. p. 1. n. 66. Bocer. *lib. 2. de duello. c. 10.* Visch. *de duel-*
lo improvise membr. 3. lit. K. Cravett. *conf. 697. n. 9.* Marant.
Disp. 1. n. 34. cum seqq. Et sicut per *l. 1. §. 2. ff. ad L. Corn. de sicar.*
qui hominem occiderit, punitur, non habità differentià, cu-
jus conditionis hominem interemit; ita argumento à contra-
rio sensu sumto, defendenti se, nullo facto personæ lædentis
discrimine venia est danda. Tum verò, *si quis percussorem ad se*

*venientem gladio pepulerit, non ut homicida tenetur: quia defensor
proprie salutis in nullo peccasse videtur. l. 3. C. eod. Resp. demum*
91 ad (3. satius esse, si periculum fuit in morà, propriam vitam
peremtionem ebrii servare. Et si cœteris paribus sobrium in
se defendendo licet interficere, eò magis id ipsum contra
ebrium erit dicendum, qui fortè majori impetu in te fertur,
quam rem fusius tractant Georg. Obrecht. *de defens. necess.*
cap. 6. n. 58. seqq. Berlich. p. 4. concl. 12. n. 32. Anton. Scapp. de
jur. non script. lib. 5. cap. 191. n. 4. & seq.

Ulterius à regula non eximuntur delicta carnis. Quam-
vis enim Richt. *Vol. 2. consil. 351. n. 10.* responsum aliquod Fa-
cultatis Juridicæ Jenens. de a. 1607. proferat in quo ebrio
92 adultero pœna gladii ordinaria dictatur: videtur tamen hoc
ipsum de modicâ ebrietate conceptum, quod innuunt verba
ejus: Ob nun wohl er dagegen sich entschuldiget / daß solches
NB. in einem Trunck auff der gerechtfertigen Trisckin Ver-
uhrfachung geschehen ic. Quam sententiam corroborat aliud
responsum Scabinorum Lipsiensium, quod habet *Jd. consil.*
160. n. 11. & hujus est inter alia tenoris: Von welcher Lebens-
Straffe angeklagten Claus Rößtern die vorgeschickte Truncken-
heit nicht befreyen mag / cum ebrietas saltem immodica excu-
set à pœnâ ordinariâ. &c. Allhier in gegenwärtigen Fall aber
aus allen Umständen so viel erscheinet / daß gedachter Rößter
so sehr truncken nicht gewesen / indem er die verübte That mit
allen Umständen zuerzehlen weiß / solche auch zu zweyen
mahlen geschehen / und aus den Actis nicht zuvermercken / daß
er das letzte mahl auch truncken gewesen / wie denn er solches
in examine sub no. 5. & 11. selbst negiret / die Tochter / Diese
Rößters / hiervon auch nichts gewisses zusagen weiß / dannenhero
dann / wenn gleich bey dem ersten actu die Trunckenheit erwiesen
wäre / Inquisit dennoch durch die reiterationem berührtes
schändlichen delicti das Leben verwürcket / ic. Aliter quodam-
modo

modo comparatum est cum simplici stupro, ubi consveta 93
 stuprata dotatio, & partus alimentatio non pœnæ loco; sed
 hæc ex naturali ratione; illa verò in præmium amissæ virgini-
 tatis defloratæ debetur. Et in ipsa quoque, quæ pro hocce
 delicto imponi solet pœnà, cum non admodum sit rigorosa,
 & plerumque vel in multâ pecuniariâ, vel carcere, vel pœ-
 nitentiâ ecclesiasticâ consistat, adeòque hic non de vitâ ho-
 minis agatur, & præterea ebrietas per se, præsertim si fre-
 quens sit, impunita esse non debeat, nihil facilè remitten-
 dum esse puto. Quod si verò virginem aliquis ad hoc, ut 94
 eam eò facilius ad stuprum induceret, inebriavit, & post hæc
 vitiauit, ad dotationem ipsius teneri eum non solum, sed insu-
 per cum fustigatione relegandum esse censet Berlich. p. 4. con-
 cl. 37. n. 6.

Porationes sæpius comitatur blasphemia. Scipio in 95
Rota Spirensi Lib. 2. decis. 204. & 205. quæ regulariter per *Recess.*
Imp. & constit. Saxon. acriter & quidem vel ultimo supplicio,
 vel abscissione membrorum, & linguæ præprimis vindicatur.
 Attamen pecuniaria saltem pœna per ebrietatem blasphe-
 mantibus expressis verbis imponitur in *Rec. Imper. Wormat. de*
anno 1495. Quo pertinent verba: *Treventlich und üppiglich. in*
Rec. August. de anno 1500. tit. Von Gotteslästern und schweren.
 & *Rec. Trev. ac Colon. de a. 1512, Tit. Von Gotteslästern in pr.* ex
 quibus haud obscure evincitur, eos solummodò ordinariâ
 blasphemix pœna esse plectendos, qui malitiosè ac dolosè
 Deum blasphemaverint; quod de iis qui ob enormem ebrie-
 tatem mentis ac rationis omninò expertes sunt, nequaquam
 dici potest. Hinc variis Jctorum responsis ebrietatis ratio-
 nem habitam fuisse commemorat Carpz. *pr. cr. p. 1. qv. 45. n. 57.*
 seqq. quod tamen itidem non de modicâ ebrietate intelligen- 96
 dum (sicuti in casu ebrietatis non adeò enormis A. 1617. pœ-
 nam gladii dictatam fuisse, reservato tamen Dn. Comiti Ru-
 thenico jure aggratiandi eatenus, ut in illius locum fustiga-
 tio

tio cum relegatione surrogaretur, testatur Jd. *ibid.* n. 61.) sed
 de enormi duntaxat. Jd. p. 4. C. 1. d. 4. Berlich. p. 4. *Concl.* 1. n. 96.
seqq. Matth. Stephani *ad Const. crim. art. 106. n. 1. in fin.* Weichs-
 bild *fol. 158. sub tit.* von Gotteslästerung / ubi tale habetur præ-
 97 judicium. Hat N. Marien die Mutter Gottes eine Hure geheiß-
 fen / so möget ihr ihn ungeachtet seiner Entschuldigung / als
 solte er solches in voller Weise gethan haben / darumb zur
 Staupen hauen / und ewiglich verweisen lassen / hac additâ
 clausulâ: Es wäre denn Sach / daß die Leute / so umb ihn ge-
 west / sagen würden / daß er also voll und truncken gewest / daß
 er nicht stehen mögen / auch seiner Vernunfft so groß entsetzt /
 daß er nicht gewußt / was er redet / solche Trunckenheit möchte
 98 ihn etwas entschuldigen. Obiter hic notandum, quamvis
 in protestante nostrâ ecclesiâ blasphemia erga virginem
 Mariam tanquam hominem peccatricem committi non pos-
 se videtur; attamen, si ejusmodi conviciis divina majestas
 per indirectum, ut hic, læditur, blasphemix pœna o-
 mninò habet locum. Dn. Beier. *in not. ad Schulz. Synops. Inst.*
 99 *tit. de publ. jud. p. 1492.* Addi denique potest hoc loco, quod
 ebrius proferens verba hæretica, non puniatur tanquam hæ-
 reticus. Calde *tr. de hæret. cap. 8. n. 8.* Sebast. Med. *de fort. cas.*
 100 *p. 2. qv. 5. n. 42.* Non multum absunt a blasphemis illi, qui sa-
 cra profanant. De jure Canonico sacram eucharistiam per
 ebrietatem evomentis pœna, & quidem sacerdotis, est pœni-
 tentia dierum 70. Episcopi 90. & laici 40. *can. si per ebrietatem.*
 28. *de consecr. dist. 2.* si autem infirmitatis causa quis hoc fece-
 rit, septem diebus pœniteat. *d. c. 28.* Menoch. *de arbitr. jud.*
 101 *quest. cas. 405.* Nostris moribus ejusmodi pœnæ solent esse ar-
 bitrariæ. Sic post peccatorum confessionem se inebrianti,
 sacramque synaxin postea non accedenti ultra pœnitentiam
 102 fuisse à Fac. Jur. Jen. M. Sept. 1613. alii verò, qui post confes-
 sionem mox vino se ingurgitaverat, cumque sodalibus pu-
 gnis

gnis & calcibus & morsibus corporumque luctatione certaverat, pœnam relegationis M. Aug. 1624. dictatam tradit Struv. in tr. de invoc. nom. div. apb. 40. lit. c. Aliud exemplum 103 de femina quadam temulentâ, quæ in templo fœdè se gesserat, illudque vomitu conspurcaverat, refert Id. d. tr. apb. 39. lit. c. cui à prælaudato Coll. per responsum ibi adjectum itidem relegatio pœnæ loco decreta fuit. Huc non immeritò refertur, si sacerdos vino madidus in baptizando infante ritè non processerit. Qualem casum refert de aliquo, cui præ vino lingua fuerat 104 gravis, ut subinde hæsitaret, unde verba institutionis confuderat, aliena imiscuerat, nonnulla verò omiserat, & sanctum baptisma ita administraverat, ut quidageret non potuisset intelligi, Dedekenn. Vol. 1. p. 2. Lib. 2. sect. 1. n. 2. Tres exinde orientantur quæstiones: (1. an sacramentum reiterandum? (2. ubi reiteratio instituenda? (3. quomodo sacerdos puniendus? quas Facultas Theol. Jenens. sequentem in modum decidit, affirmando nimirum primum, quia secundum jus Canonicum non potest dici reiteratum, quod nescitur esse factum; At qui idem est, non esse factum, & non esse legitime secundum Christi institutionem factum. Ad secundum respondebatur; domi, ad vitandum scandalum, & maledicas adversariorum obrectationes actum fieri debere. Ad tertium: pastorem seriò increpandum, & si temperantius vivere improstorum promiserit, translocandum esse. In simili ferme causa 105 respondit Facultas Theol. Witteb. 1655. d. 27. Nov. So ist darauff unsere Meinung / daß / weil der Psarr nicht allein mit seiner Trunckenheit und erschrecklichen Excess bey der Heiligen Sauffe 2c. 2c. solche unverantwortliche Aergerniß gegeben / 2c. 2c. die gånzliche remotion wohl verdienet habe / bevorab / weil er das hochärgerliche factum der unrecht administrirten Sauffe / darüber er convinciret / und das Kind wieder hat müssen getaufft werden / mit Beschimpfung der Churfürstlichen Herren Visitatorum, ja zu Schmach der hernach wohl verrichteten

H

ten

ten Tauffe / als wäre es eine Wiedertauffe / wiederumb vers
läugnet / und dadurch mehr Aergerniß angerichtet / 2c. 2c. Doch /
weil vielleicht in diesen Händeln auch menschliche Schwach-
heit und Unverstand möchten mit unterlauffen / und der bez
schuldigte Pfarr auff eingebildete Hoffnung eins und das an-
dere tentiren und vornehmen wollen / so könte man dem heilic-
gen Predig - Ampt zu Schutz und Ehren / und des gemeinen
Vöbels ἐπιχαιρονία zu reprimiren noch eine Güte Ihm sofern
wiederfahren lassen / daß er zu söderst peremptoriè citiret / mit
dem Priesterlichen Gehorsamb (den Pfaffen-Thurn / wie der
Herr Lutherus in solchen Fällen gerathen hat) in 8. Tagelang
beleget / wie auch zu einen schriftlichen Revers angehalten /
und darauff nochmahls mit einer fernern translocation ge-
strafft werde / mit ernstlicher Bedraung der gänzlischen remo-
tion, wo er künfftig in seinem Ampt und Leben sich nicht besser
erzeigen würde. *Consil. Witteb. p. 2. Tit. 6. p. 221.*

- 106 Actum hoc modo de crimine læsæ Majestatis divinæ;
jam de humanâ majestate brevibus loquendum est. Et hîc
pœnæ temperamentum aliquod adhibendum esse per argu-
mentationem a majori ad minus concludo. Cui accedit,
107 quod in conviciis in Cæsaream majestatem effusis ipsi
Imppp. Theodosius, Arcadius & Honorius, eum, qui ex remi-
lentiâ turbulentus obrectator fuerit, pœnæ noluerunt subjugari, neque
durum aliquid nec asperum voluerunt sustinere: quoniam, si id ex levi-
tate processerit, contemnendum est: si ex insaniâ, miseratione dignis-
simum: si ab injuriâ, remittendum. *l. un. C. si quis Imp. maled.* Ra-
tio hujus legis est, quia regii semper & alti fuit animi maledi-
cta negligere, tyrannicum autem severè castigare. *Decian.
pr. crim. lib. 7. c. 50. n. 3. seqq. Casp. Klock. consil. 192. n. 24. seqq. Vol. 3.*
- 108 Incendium in ebrietate commissum quomodo punia-
tur, vid. Bald. *in l. datâ operâ in pr. col. 2. & 3. C. de his qui accus.*
non poss. Fornacarium verò, si supra modum implevisset for-
nacem ligno in loco periculoso, ut arida possit attingere ignis,
&

& inebriatus juxta fornacem obdormivissit, latae culpæ reum esse, notat ad l. 27. § 9. ff. ad L. Aquil. Dn. Godofr. Strauß. in Disp. de obligat. patrisf. in cuj. edib. incend. ortum.

Denique notandum, quod offensio facta ab ebrio non I 09
frangat cautionem de non offendendo datam. Farin. qu. 97.
n. 8. 10. & 11. Franc. Hercul. de caution. de non offend. cap. 34. n. 19.
nisi post recuperatum sensum quis jaetabundus incedat, a-
deoque delictum ratificare videatur. Id. n. 21. Coronidis loco I 10
in hoc capite prætermittere nolui, militem per extremam
ebrietatem ad excubias se inidoneum reddentem, aut ar-
mis non instructum ad eas accedentem arbitrariæ pœnæ sub-
jiciendum esse. *Fußnechts-Bestallung. Art. 57. ibi: Wann*
einer auff der Wacht truncken begriffen würde/ also/ daß er sei-
ne Wacht nicht nothdürfftig versehen kan/ der soll alsbald mit
den Eysen/ und sonst nach Erkantnuß der Obrigkeit gestrafft
werden/ Reiterbestall. de ao. 1570. art. 76. & 78. it. art. 50. (ubi
militibus in ebrietate delinquentibus ordinariam, imò dupli-
cem pœnam irrogari debere, constitutum est) Holl. Kriegs-
recht. art. 58. Papp. ad d. jus milit. Holl. Burger. in decis. milit. Kay-
ser Leop. Articul. Brieff art. 33. & Joh. Georg. I. Elect. Sax.
art. 35. vid etiam Obrecht. in Dispp. p. 770. Disp. de pœnâ milit. qui
excub. parum diligenter egit.

CAP. V.

De

PROBATIONE EBRIE-
TATIS.

SUMMARIA.

E brietatem allegans eam debet probare, n. 1. Quæ facilius in viro,
quam in fœminâ presumitur. 2. Non tamen presumtio militat
pro aliquo, ebrietatem fuisse immodicam. 3. Cujus probatio est diffici-
lis. 4. Quatenus testibus de eâ deponentibus credendum? 5. His de-
ficien-

ficientibus juramento ebrüi statur. 6. In criminalibus quandocumque ad
torturam devenitur. 7. Est tamen hic quoque locus juramento. 8. De
termino ebrietatis. 9. Epilogus. 10.

- I** Facti esse ebrietatem nemo certè
vocabit in dubium. Qualia quæ sunt, non præsumuntur,
sed probari debent. *l. 1. l. 16. C. de probat. l. 10. C. de non
num. pec. & ei qui dicit, onus probandi semper incumbit. l. 2. ff.
l. 23. C. de probat.* Hinc ebrietatem alleganti non creditur, nisi
si ejus rei fidem fecerit indubitam. Ripa *in l. fin. n. 89. C. de
revoc. donat.* Cravett. *consil. 159. in fin.* Mascard. *de probat. lib. 2.
concl. 579. n. 4.* Itaque quamvis ebrietas præsumatur potius
in viro, quam in muliere, ob naturalem mulierum consue-
tudinem, quæ ut plurimum parum ac minus bibunt quam
viri. Zacch. *Qu. Med. Legal. Lib. 2 tit. 1. qv. ii. n. 18. seqq.* præ-
sertim in eo, qui præter consuetudinem bibit. *gl. in can. fin. dist.
4. Masc. d. l. n. 9. 10.* non tamen præsumitur profunda ebrie-
tas, etiam si constet, fortiter aliquem potasse, quomodo re-
spondit Facultas Jur. Marburg. Ao. 1639. M. Septembr. In
gleichen ist auch aus der Vielheit der ausgetrunckenen/und pur-
gänten zugerechneten 8. Quartier Franckdischen Weins wohl
vermuthlich / daß er sey truncken gewesen / daß aber darinn
profunda ebrietas, quæ mentis alienationem inducit, und
in den Rechten dolum excludiret / præcisè solte können be-
schlossen werden / können wir bey uns nicht befinden / sondern
muß / wie sich zu recht gebühret / von N. da er deren genießen
will / bewiesen werden. Richt. *V. 1. p. 5. Consil. 8. n. 19. 20.* Proba-
tu enim difficilis hæc est omninò, ita, ut testi super eà depo-
nenti, nisi reddat concludentem rationem, non credatur.
Felin. *in cap. causam. 1. X. de testam.* Baldus *in l. furiosum. C.
qui test. fac. poss.* Attamen fides ipsi erit habenda, si ex
aspectu illius, qui ebrius fuisse asseritur, aut quod is locu-
tus

tus sit ut ebrius, aut semper nimium bibere solitus aut ex
 ingressu & gestibus illius collegerit. Gilhausen. *arb. jud.*
cap. 6. p. 1. §. 214. Harppr. *ad pr. n. 44. §. de nupt.*
 Testibus autem deficientibus, ad jusjurandum ebrii, 6
 tanquam ultimum remedium erit decurrendum, cui & stan-
 dum est, cum animus per jusjurandum, veluti per spiritua-
 lem torturam demonstratur, ut loquitur Bartol. *in l. pro here-*
de. 20. in pr. ff. de A. l. O. H. Carpz. *p. 2. C. 36. n. 6. 7.* Esbach. *in ad-*
dit. ad d. n. 7. Sed hæc saltem exaudienda sunt de causis civili- 7
 bus: Nam in criminalibus difficilius sine dubio admittetur
 juraturus, qui tum regulariter assertionem suam in torturâ
 obtinere debet. Bechmann *ad tit. de pœn. n. 32.* Carpz. *p. 3. qv.*
146. n. 66. & fin. Si tamen circumstantiæ, & æquitas aliud sva- 8
 deant, v. g. si quis ebrietatem semiplenè probaverit, jura-
 mento purgatorio locum esse, vix quisquam, ut opinor, im-
 pugnabit. Hoc modo pronunciavit Fac. Jurid. Jenens.
 Wann gedachter Inquisit nach ernster Verwarnung vor der
 schweren Straffe des Meinydes eydlich erhalten und er-
 härten würde / daß er dermaßen truncken gewesen / und nicht
 wiße / daß er seinen Degen ausgezogen und den entleibten
 gestochen / so wird er bey solcher Beschaffenheit mit Straffe
 der Mordthäter verschonet / Er ist aber seinem Erbiethen
 nach sich wieder den Feind hinführo dem Vater-Lande zum
 besten gebrauchen zulassen verbunden / B. N. W. teste Struv.
in Comment. ad Lib. V. decret. de delictis. cap. 8. obs. 6. De-
 mum sciendum, quod in termino ebrietatis, nimirum 9
 quanto tempore quis in ebrietate esse dicatur, ut effe-
 ctus hæctenus tractatos producere possit, arbitrium ju-
 dicis potissimum sit adhibendum. Zacch. *loc. sep. all. n. 50.*
seqq.


H 3

Et




Et hæc sunt B. L. quæ de jure circa ebrietatem, monere volumus; non defuissent plura, quæ addi potuissent, sed hoc & temporis, & instituti ratio non patebatur. Verendum enim, ne tum dissertationis modum opus longè supergrederetur, & ad tractatus formam, uti jam sub manibus plus justò excrevit, accederet. Quod restat, æternum submissè obtestor Numen, ut omnes conatus meos in sui divini nominis gloriam, meamque salutem vergere sinat clementissimè, cui pro viribus in elaborandâ præsentî materiâ concessis, innumerisque beneficiis pertotam vitam exhibitis sit laus honor & gloria in sempiterna secula.

FINIS.







~~St~~ für den Lesesaal!

Halle, Diss., 1697 AK

ULB Halle

3

002 274 884



f

sb.



V017





23 1697 306

Q. D. B. V.
DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS,
De
JURE
CIRCA
EBRIETATEM

Quam
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
ELECTORATUS BRANDENB. HÆREDE,
&c. &c.

P. 46
In Inclytâ Academia Fridericiana

Ex Decreto Illustris Facultatis Juridicæ

PRÆSIDE

DN. HENRICO BODINO,
POTENTISSIMI ELECTORIS BRANDENBURGICI
CONSILIARIO ECCLESIASTICO IN DUCATU MAGDEBUR-
GENSI GRAVISSIMO, PROFESSORE JURIS ORDINARIO CELEBERRIMO,
ET FACULT. JURID. h. t. DECANO.

PATRONO ac PROMOTORE SUO ÆTERNUM DEVENERANDO

PRO LICENTIA

Summos in Jure Honores & Privilegia ritè capeffendi
Die 23. Octobris A. M. DC. XCVII. horis ante & pomeridianis
IN AUDITORIO MAJORI

Publico Eruditorum examini exponet

JOHANNES AUGUSTUS Köhler

Ileburgo-Misnicus.

HALÆ MAGDEB. Literis CHR. HENCKELII, Acad. Typogr.

